SCRIPTORES

RERUM GERMANICARUM

IN USUM SCHOLARUM

EX

MONUMENTIS GERMANIAE HISTORICIS

SEPARATIM EDITI.

WIDUKINDI MONACHI CORBEIENSIS RERUM GESTARUM SAXONICARUM LIBRI TRES.

EDITIO QUARTA.

HANNOVERAE ET LIPSIAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
1904.

WIDUKINDI
MONACHI CORBEIENSIS
RERUM GESTARUM SAXONICARUM
LIBRI TRES.

EDITIO QUARTA.

POST GEORGIUM WAITZ

RECOGNOVIT

KAROLUS ANDREAS KEHR.

ACCEDIT LIBELLUS
DE ORIGINE GENTIS SWEVORUM.

INEST TABULA.

HANNOVERAE ET LIPSIAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
1904.

HANNOVERAE. TYPIS CULEMANNORUM.

PRAEFATIO.

Prioris Rerum gestarum Saxonicarum editionis omnibus fere exemplaribus divenditis cum bibliopola honestissimus, ut nova emitteretur, petiisset, non visum est priorem illam Georgii Waitz b. m. suo tempore funditus ac splendidissime elaboratam prope integram recudere, cum pateret recentiorum, imprimis Bernhardi de Simson V. Cl. studiis[1] *tantam scientiae effectam esse commutationem, ut fortioribus, ut ita dicam, remediis opus esse videretur. Cum igitur huius novissimae editionis adornandae cura mihi demandata esset, textum tamen, nisi quibus locis admodum necesse erat, non immutavi, apparatum criticum ex integro renovatum, quoad fieri potuit, ad verbum retinui, pristinarum plurimas annotationum, etiam quas G. H. Pertz, I. F. Böhmer, I. Grimm b. m. illis Georgii Waitz scriptorum medii aevi edendorum primitiis adiecerant, repetivi; nec prooemium olim scriptum, hodie hic illic obsoletum, plane reiciendum esse censui, sed emendavi et addidi quae nunc probanda videbantur. Appendice subiunximus libellum quendam de origine gentis Swevorum fabulose conscriptum, qui quamvis Widukindi cum libri primi partibus singularem quandam similitudinem prae se ferat, quae e veterrimis fabulis theodiscis emanasse videtur, in Monumentis Germaniae ad hunc diem nondum typis datus erat. Indicem nominum propriorum confeci novum. [Indicem rerum et verborum, qui non solum omnia rarà singulariaque vocabula, verum etiam quicquid verborum sermonumque ad disciplinam rei publicae pertinentium memorabile erat, continet, historicorum, non grammaticorum usui accommodatum, socius Edmundus Stengel post obitum iuvenis editoris conscripsit].*

1) *'Zur Kritik des Widukind' in 'N. Archiv' XII, p.* 597. 598; *'Ueber die verschiedenen Texte des Widukind' ibid. XV, p.* 565—575.

1. *De Widukindi vita et scriptis deperditis.*

De[1] *vita auctoris quae scimus sane paucissima sunt. Nomen* Widukint, Widukindus *erat, nam ita eum appellat et codex antiquissimus Rerum gestarum Sax.*[2] *et catalogus abbatum et monachorum Corbeiensium*[3] *annis fere* 1156—1158. *conscriptus*[4] *et liber confraternitatum S. Bertini saec. X. nuper a Leopoldo Delisle V. Cl. in lucem prolatus*[5]. *Saxonem eum fuisse cum ex quavis operis pagina tum ex formis nominum ab eo usitatis patet; ipse se monachum Corbeiensem praefatione libri primi profitetur. Catalogis iam dictis testibus Folcmaro abbate, qui inde ab a.* 917. *usque ad diem alterum mensis Octobris a.* 942.[6] *monasterio praefuit, in monachorum numerum relatus est; inter quinquaginta fratres cum ultimo proximus inducatur, postremis demum Folcmari annis videtur coenobium in-*

1) *Quoniam in numero X. saeculi rerum scriptorum Widukindus principatum obtinet, quod multi fuse de eo disseruerint, non est quod mireris. Ac primum quidem Bercht et de Brincken, De Witechindi Corbeiensis vita et scriptis etc., Acta societatis Iablonovianae nova III (Lipsiae* 1812*), p.* 128—187; *tum M. Th. Contzen, 'Die Geschichtschreiber der Sächsischen Kaiserzeit' (Regensburg* 1837*) p.* 11—28; *G. Waitz apud Schmidt, 'Zeitschr. für Geschichtswissenschaft' II (*1844*), p.* 100 *sq.; W. Maurenbrecher, De historicis decimi seculi scriptoribus (Bonnae* 1861*) p.* 32—45; *R. Köpke, 'Widukind von Korvei. Ein Beitrag zur Kritik der Geschichtschreiber des zehnten Jahrhunderts' (Berlin* 1867*), praecipue de libri compositione atque indole disputavit, sed multa nimis acute eum excogitasse recte monuerunt ipse Waitz ('Götting. gelehrte Anzeigen'* 1867. *p.* 1429 *sqq. et 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' IX, p.* 335 *sqq.), Maurenbrecher, 'Hist. Zeitschr.' XVIII (*1867*), p.* 433 *sqq.; J. Raase, 'Widukind von Korvei' (Dissert. Rostock.* 1880*); W. Wattenbach, 'DGQ.' ed.* 7. *(cur. E. Dümmler) I, p.* 365—369. *et praefat. ad versionem Germanicam in 'Geschichtschreiber der deutschen Vorzeit' ed.* 2. *XXXIII; Ebert, 'Allgemeine Geschichte der Literatur des Mittelalters im Abendlande' III, p.* 428—434; *Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' III, p.* 311—317. 2) *Infra p.* 1, *n.* f; *cf. ibid. p.* 38, *n.* h. *Codex B* 1 *praebet* vidikindus, *reliquis breviantibus. Sed* widukindus *forma antiquior est, sicut omnino ille codex Casinensis, quamquam aut potius quoniam ab Italico homine scriptus est, nominum Saxonicorum formas integerrime servavit.* Widikindus *in litteris Corbeiensibus circa saec. XII ex. scribebatur; cf. Jaffé, Monumenta Corbeiensia in Bibl. rerum German. I, p.* 605. *Similiter chronica: Sigeberti, SS. VI, p.* 351: guindichindus, *Ekkehardi codex D* 1, *ibid. p.* 181, *n.* d: witikindus, *Saxonis Annalistae a.* 973, *ibid. p.* 625: widikindus; *ideoque editores recentiores plerumque ita fere scripserunt.* 3) *Ed. O. Holder-Egger, SS. XIII, p.* 276. 4) *Sed magnam partem ex vetustioribus seriebus desumptus; Holder-Egger l. l. p.* 274. 5) *'Bibl. de l'École des chartes' LX (*1899*), p.* 225. 6) *Cf. Dümmler, 'Kaiser Otto der Grosse (Jahrbücher)' p.* 94, *n.* 1.

trasse[1]. *Folcmari successor Bovo II, qui annis* 942—948. *monasterium Corbeiense rexit,* a Deo nobis ostensus, non concessus *memoratur III,* 2; fibulam auream *ab Hugone duce Burgundiae a.* 940. *Ottoni I.* regi dono concessam, gemmarum varietate mirabilem *se vidisse* in altari protomartyris Stephani rutilantem *animadvertit II,* 35[2]. *Sed vix monasterii muris semper fuit inclusus; quod videtur apparere ex II,* 40: Eo tempore cum moraretur rex in campis silvestribus venationem agens, obsides Bolizlavi [ibi] vidimus[3]. *Immo vero ipsum in palatio vel apud Wilhelmum archiepiscopum Moguntinum, Ottonis I. nothum, degisse voluit Köpke*[4], *sed nusquam indicatur: non is erat auctor, qui hac de re taceret, et summo iure Hauck*[5] *ex iis, quae Widukindus II,* 36. *de Ottone dicit:* Quotienscumque autem sit opus corona portanda, ieiunium semper precedere p r o v e r o t r a d i t u r, *diutius eum in aula palatii versatum esse utique negavit. Nec Mahthildis Ottonis filiae,*

1) *Ann. Corbeienses ed. Chr. Fr. Paullini, Rerum et antiquitatum Germ. syntagma p.* 380 = *Leibnitii SS. Brunsvic. II, p.* 301, *quos nullius fidei esse facile est intellectu, a.* 971: Claruit, *inquiunt,* Wittichindus noster, praeclarus historicus, Mathildae reginae specialiter carus. *Nec melius est, quod Ioannes Trithemius Spanheimensis, Ann. Hirsaug. I, p.* 98 *sq., monet plus quam quadraginta annis eum scholae Corbeiensi praefuisse, ipsum Meginradi scholastici Hirsaugiensis fama allectum hunc adiisse et per aliquot dies apud eum esse commoratum. Quibus mendaciis allatis nimios fere honores tribui.* 2) *Cf. Böhmer-ab Ottenthal, Regesta Imperii II, nr.* 89*d.* 91; *Hauck, 'KG.' III, p.* 311, *n.* 7. 3) *Ottonem annis* 945. 946, *quorum altero hoc factum esse videtur (Reg. Imp. II, nr.* 127*d), Corbeiae vel prope Corbeiam versatum esse traditum quidem non habemus. Econtra ex II,* 36: Nam quosdam audivimus accusatos et peccati manifestos, ipsum *(Ottonem)* eorum advocatum et intercessorem *(p.* 81, *l.* 17 *sqq.) Widukindum iudiciis illis assedisse mea quidem sententia non utique debemus concludere. Neque intellego, qui factum sit, ut Wattenbach, 'SB. der Berliner Akademie'* 1896. *p.* 340, *arbitraretur eum abbatis sui comitem conventui Werlensi (III,* 70*) adfuisse, epistolae, quam imperator ad Saxonum principes dedit, recitatae testem.* 4) *P.* 60 *sqq.* 52: *'Wilhelm von Mainz war auch sein Beschützer, sein Auftraggeber, Förderer und Censor'. Cf. Gundlach, 'Heldenlieder der deutschen Kaiserzeit' I, p.* 64 *sqq.; Mittag, 'Erzbischof Friedrich von Mainz und die Politik Ottos des Grossen' ('Progr. des Askan. Gymn. zu Berlin'* 1895*) p.* 14. 22 *sq.; quorum opinionem Wattenbach, 'Über Widukind von Corvey und die Erzbischöfe von Mainz' l. l. p.* 339—352, *praesertim p.* 350, *merito refutavit. — Köpke coniecturam suam inde deducit, quod Widukindus tantummodo sub Folcmaro abbate in catalogo monachorum occurrat, sub posterioribus desideretur. Sed et Holder-Egger, SS. XIII, p.* 274, *et Wattenbach, 'DGQ.' ed.* 7. *I, p.* 306, *n.* 2, *eorum tantum fratrum, qui quoque sub abbate conventui accesserint, non omnium, qui extiterint, nomina catalogo contineri statuerunt.* 5) *'KG.' III, p.* 311, *n.* 7.

iam a parvula aetate contubernio sanctimonialium Quedlinburgensi traditae[1], *Corbeiensis monachus habendus est magister; ex praefationibus ipsi inscriptis Widukindum ex longinquo, ut ita dicamus, eam veneratum esse et laudibus extulisse potius concluserimus. Nihil praeterea de eius vita constat, nihil de se ipso annotavit; nulla parentum aut primae eius pueritiae, nulla regionis aut loci, unde originem duxerit, ubi priores vitae annos egerit, accuratior exstat cognitio; ne mortis quidem annum compertum habemus*[2].

Memoriam eius quae scripsit opera posteris servarunt; nonnulla autem perierunt. Sigebertus, qui in libri de scriptoribus ecclesiasticis c. 129. *de Widukindo refert:* Scripsit, *inquit,* historiam Saxonum usque ad mortem primi Othonis imperatoris, et ad Matildam filiam Othonis imperatoris scripsit vitam ipsius imperatoris. Scripsit metrice passionem Theclae virginis, et vitam Pauli primi eremitae alterno stylo scripsit[3]. *Illa repetit in chronico*[4], *atque idem fere dixit Annalista Saxo*[5]. *Quae de Paulo et*

1) *Vita Mahthildis ant. c.* 10, *SS. X, p.* 578; *Ann. Quedlinburg. a.* 999, *SS. III, p.* 75. 2) *Nihil possumus statuere, nisi Ottonis Magni eum superstitem fuisse, cuius a morte libro tertio finem imposuerit. — Incredibilia iterum sunt, quaecumque soli isti Annales Corbeienses recentiores, Leibnitii SS. Brunsvic. II, p.* 302, *alucinantur a.* 1004: Monumentum erexit Witechindo nostro historico Hosat abba, quem pium et doctum scholae magistrum vocat et historicum, etiam regi et reginae dilectum. *Cf. Köpke p.* 172. 3) *Ed. Fabricius, Bibliotheca eccles. p.* 108. 4) *A.* 973, *SS. VI, p.* 351: Otto senior imperator obiit, cuius vitam Guindichindus monachus descripsit, qui etiam hystoriam Saxonum usque ad hunc annum conscripsit. 5) *Ibid. p.* 625. *Trithemium quoque nihil nisi hanc Sigeberti annotationem prae oculis habuisse apud me constat. Asseverat Ann. Hirsaug. p.* 98. *de nostro:* Hic inter reliqua ingenii sui opuscula scripsit de origine Saxonum lib. tres. Ad Mathildam quoque filiam Ottonis primi scripsit gesta Heinrici primi regis librum unum. Ad eandem vitam et gesta Mathildis reginae, uxoris eiusdem Heinrici regis primi. Ottonis quoque primi gesta ad eandem conscripsit. Vitam sanctissimi Pauli primi eremitae genuino stylo conscripsit. Passionem quoque S. Theclae virginis pari dicendi genere composuit. Multa etiam alia scripsisse dicitur: quae ad manus nostras adhuc minime pervenerunt. *Ibidem librum de studiis veterum monachorum eum confecisse testatur, ex quo haec affert verba:* Monachorum ille *(Meginradus)* doctissimus praeceptor veluti Hieronymus alter divinarum interpres scripturarum profundissimus sua nos eruditione vertit in stuporem: ut vere caelestis sapientiae dici queat armarium, quippe quem nihil lateat doctrinarum. *Ac plura hariolatur in catalogo illustrium virorum (Opera ed. Freher I [Francof.* 1601] *p.* 129*):* Ad Mechtildam filiam Ottonis primi de gestis Saxonum lib. III; ad eandem gesta Ottonis primi lib. I; sermones ad fratres lib. I; epistolarum ad diversos lib. I; vitam divi Pauli primi heremitae

Thecla Widukindus scripserit, quoniam neque in Actis Sanctorum neque in illa uberrima collectione, quam proximo anno O. de Gebhardt V. Cl. instituit[1], *usquam commemorantur, deperdita sunt aut hucusque latent. At Vita Ottonis nunquam videtur extitisse; Sigebertum ipsius Widukindi verbis in errorem ductum esse G. Waitz acute coniecit*[2]. *Librum primum his enim incipit:* Post operum nostrorum primordia, quibus summi imperatoris militum triumphos declaravi, *etc.*[3] *Haec procul dubio ad martyrum, Dei militum, Vitas supra allatas spectant*[4], *Sigebertus vero de imperatore Ottone cogitavit, ideoque eius res iam antea descriptas et editas esse falso statuit*[5].

2. *Rerum gestarum Saxonicarum libri tres.*

Supersunt libri tres Rerum gestarum Saxonicarum, quibus auctor cum populi originem tum res ab Heinrico atque Ottone egregie gestas descripsit. Neque eum de populi sui regumque historia alia quaedam confecisse putarimus. Singulos libros Mahthildi, Ottonis filiae, dedicavit; Heinrici et Ottonis, avi et patris, res illustrare summum eius fuit propositum; de Saxonum origine pauca tantum praemisit[6]. *Temporis ordinem plerumque fideliter observavit, tamen nonnunquam prudenter aut imprudenter pervertit*[7]. *Studuit brevi, sed eleganti narrandi et scribendi rationi;*

prosaice et metrice lib. II; passionem quoque Teclae virginis similiter metrice lib. I; epigrammaton lib. I. *Sermones ad fratres, epistolas ad diversos, imprimis epigrammata vana ac fallacia esse patet; cf. Traube, 'Abhandl. d. Münchener Akademie, phil. Classe' XIX,* 2 *(*1891*), p.* 313 *sqq.* 316. *Confusionem autem, quam inter opera historica Trithemius effecit, inde ortam esse censemus, quod modo totum, modo singulos libros in catalogum receperit. Quae de Vita Mahthildis adiecit, unde hauserit, nescimus, nisi forte libri tertii continuationem hoc nomine indicavit; Vitas editas Widukindo nequaquam tribui posse satis constat; neque earum editores tale opus noverunt. — Breviores alias Trithemii commemorationes congessit Köpke p.* 170 *sq.*

1) *Passio S. Theclae virginis. 'Die lateinischen Übersetzungen der Acta Pauli et Theclae', in 'Texte und Untersuchungen zur Gesch. der altchristlichen Literatur, N. F.' VII (Leipzig* 1902*), fasc. II.*

2) *Cui Köpke p.* 170. *assensus est.*

3) *P.* 3, *l.* 27 *sq.*

4) *Cf. Transl. S. Viti, SS. II, p.* 576: post triumphos apostolorum ac victorias martyrum.

5) *In eundem errorem incidit Contzen, 'Die Geschichtschreiber der Sächs. Kaiserzeit' p.* 17 *sq. — Denique versus quos edidit ex codice Corbeiensi Widukindi nomine inscriptos Letznerus in Chronica Ludowici Pii (Hildesh.* 1604*) c.* 19, *p.* 63 *sq., ad ipsum pertinere omnino negarimus. Cf. Köpke p.* 171.

6) *Cf. I, praefat. et c.* 2.

7) *Cf. quae II,* 28. *excusandi causa dicit, quod posteriora anterioribus praeposuerit.*

strictim, *ait*, et per partes scribimus, ut sermo sit legentibus planus, non fastidiosus[1]. *Dolet quidem opus suum* ingenii sermonisque claritate *egere*[2]*; sed quod dolet, se haec affectasse ostendit. Et re vera Widukindus omnibus fere huius saeculi scriptoribus longe praestat apta et quasi* 5 *rotunda verborum constructione, narratione vivida eademque gravi, quamvis non ubique satis perspicua*[3]. *Neque desunt, quae offensionem quandam maiorem afferant. Velut aliquoties sententiae minus explicatae, quas dicunt anacolutha, occurrunt, vel verba Germanico more constructa vel tempora* 10 *male inter se coniuncta*[4]. *Menda etiam et plura barbarae locutionis exempla Widukindus praebet, neque a falsis vocabulorum formis et soloecismis abstinuisse censendus est*[5].

Auctorum antiquorum praecipue Crispum Sallustium aemulatus est, quem imitatus personarum agentium orationes 15 *confinxit, ingenia moresque descripsit*[6]. *Minori fructui erant ei Vitae imperatorum a Suetonio scriptae. I,* 34. *et aliis locis quin Livii Annales consuluerit, dubitari non potest. Eum etiam Nepotem, Caesarem, Curtium, Iustinum, Florum, Rufum Festum, Ciceronem, Pomponium Melam, Plinium,* 20 *Varronem, Gellium legisse Manitius*[7] *voluit, sed minime probavit*[8]*; in uno Tacito legendo Widukindum versatum esse*

1) *I, praef.* 2) *III, praef.* 3) *In rebus publicis exponendis nonnunquam verbis Latinis vim quam voluit adaptavit. Cf. quae de vocabulis* legatus, preses, procurare, *aliis annotavimus.* 4) *E. gr. I,* 5: aperit 25 sinum et accipit humum, ilicoque Thuringo tradidit aurum; *I,* 10: flectitur tamen Thiadricus, promisitque; *II,* 25: clementer ignoscit, in sui gratiam suscipit et honori pristino reddidit; *I,* 2: iurat . . . Addiditque . . . reddit; *III,* 65: decrevit . . . imperat . . . prestitit. 5) *Cf. II,* 6: ullius alii nisi solius regis; *II,* 11: alia plura ditatus = 30 *III,* 50: cum alia plura gravaretur; *II,* 11: dedignatus est *pro* indignatus; *II,* 14: Altera autem pars exercitus ad aquilonem versus . . . deductus . . . circumfusus; *II,* 20: sibi *pro* eis; *II,* 23: minitavit *pro* minitatus est; *II,* 25: desipere *pro* desciscere; *II,* 36: quo earum uti dignetur; *III,* 63: vicinos gentes; *III,* 74: funxit *pro* functus est; *I,* 9, 35 *p.* 10. connexerat *pro* connexuerat, *p.* 11. fluvium quod dicitur, *p.* 14. neuter agmen. *Semper fere scribit* toto *pro* toti, utroque *pro* utrique. *Sententiarum quoque structura et compositio haud raro minus idonea est; habes exemplum II,* 11, *quo loco sedecim sententiae eadem ratione per* autem *particulam inter se coniunctae leguntur.* 6) *Cf. Köpke p.* 49 *sq.;* 40 *Fr. Vogel, Sallustiana, in Actis seminarii philolog. Erlang. II* (1881), *p.* 416 *sq.* 7) *'N. Archiv' XI, p.* 53—63. 8) *Quantopere Manitius in imitationibus e veteribus scriptoribus depromptis quasi luxurietur, inde patet, quod eandem vocabulorum compositionem ad diversa exemplaria revocaverit, velut* rerum dominus *p.* 59. *ad Tacitum, p.* 62. *ad Rufum,* in- 45 cruenta victoria *p.* 56. *ad Sallustium, p.* 59. *ad Florum. Recte ille v. d. quamquam contendit Widukindum hic illic prosae orationi hexametrorum particulas inseruisse, tamen plane errare videtur, quotiescumque hosce versiculos nonnullis verbis aut transpositis aut adiectis restituere conatur (p.* 67, *n.* 1).

non plane abnuerim[1]. Romanorum poetarum maxime Vergilii carmina adhibuit[2], tum Lucani[3], Ovidii[4], Horatii[5], Iuvenalis[6], Iuvenci[7] vestigia inveniuntur; quae e Terentio Manitius, 'N. Archiv' XI, p. 52, congessit exempla, ea esse perquam ambigua annalium nostrorum editores dudum statuerunt[8]. Iosephum historiographum Iudaeorum laudat I, 2, sed modo parum explanato[9]. Multo saepius, quam Waitz animadverterat, Bibliae Vulgatae dictis sermonem suum adornavit[10]. Uno quidem loco Sulpicii Severi Vita Martini eum usum esse — quod Manitius negaverat[11] — O. Holder-Egger me docuit[12].

Ceterum non admodum multos medii aevi fontes Widukindus in auxilium vocavit. Vidit historiam Anglosaxonum, procul dubio Bedae[13], Langobardorum Pauli diaconi[14], Gothorum Iordanis[15], Francorum gesta[16], sed pauca ex his libris suo inseruit, nunquam fere ad verbum eos transscripsit. In bellis a Francis cum Saxonibus gestis[17] et in Ottonis habitu moribusque adumbrandis[18] Einhardi Vitam Karoli prae oculis habuisse videtur. Neque sane mirum est, quod ille frater Corbeiensis Passionem et Translationem s. Viti, Corbeiensis patroni, usurpaverit, id quod ex I, 34. satis efficitur. At Ruodolfi Translationem s. Alexandri eum adhibuisse minime credimus; uterque ex eodem fonte, prisca traditione, hausit, ideoque valde inter se conveniunt nec tamen omnino concordant. Vitam Hathumodae abbatissae Gandershemensis eum ad suum usum convertisse ex I, 16. Hauck[19] audacius conclusit, Ruotgeri Vitam Brunonis archie-

1) *Cf.* E. Cornelius, *Quomodo Tacitus historiarum scriptor in hominum memoria versatus sit (Progr. Wetzlar* 1888*) p.* 38 *sq.* 2) facundia Homeri vel Maronis *laudatur etiam III,* 74. 3) *I,* 2. *II,* 36. *III,* 17. 18. 4) *I,* 9. *III, praefat. et c.* 55. 5) *III,* 29. 6) *I,* 5. *III,* 29. *Cf. Manitius, Philologus L, p.* 357. 7) *II,* 25. *III, praefat.* 8) *'N. Archiv' XI, p.* 52, *n.* 1. *Neque auctorem nostrum tot libellos ad manus habuisse, praesertim cum pauci loci ad verbum redditi sint, sed memoria eum tenuisse flosculos vel potius collectiones, quas dicunt florilegia, in usum suum vertisse conicio.* 9) *Cf. p.* 4, *n.* 4. 10) *Nonnulla horum testimoniorum haud parvi momenti sunt ad historiae fidem examinandam, quia ex his apparet, quanta vis Widukindi verbis attribuenda esse videatur; cf. p.* 70, *n.* 1. *p.* 75, *n.* 3. *p.* 118, *n.* 1. 11) *'Zur Gesch. von Sulp. Schriften im Mittelalter', 'N. Archiv' XIV, p.* 167. 12) *P.* 36, *n.* 2. *Cf. p.* 51, *n.* 5. 13) *I,* 8. *Cf. p.* 20, *n.* 6. 14) *I,* 14. 15) *I,* 18. 16) *I,* 14. *Illis Francorum gestis Annales qui dicuntur Einhardi significatos esse ita certe statuere dubito. Nequaquam autem possum concedere, quod Manitius, 'N. Archiv' XI, p.* 65 *sqq., et hos et Fuldenses atque Nithardi historias a Widukindo saepissime esse exscriptos asseruit.* 17) *I,* 15. 18) *II,* 36. 19) *'KG.' III, p.* 312.

piscopi Coloniensis ab eo esse inspectam Mittag[1] *coniectavit, sed non probavit, nec minus repellenda est Iohannis Dierauer*[2] *opinio, quam vanis rationibus fulcire frustra conatus est, easdem Widukindum ac Ruotgerum insumpsisse relationes in pugnam Lechfeldensem describendam. Ubi cum Hrotsvithae carmine*[3] *vel cum Liudprandi Historia Ottonis*[4] *in rebus enarratis congruit, idem est statuendum, certe eorum libros non vidit; immo Hrotsvitham Widukindi libros secutam esse historici fere consentiunt*[5], *dummodo concedendum est alterutrum alterius librum legisse. Monachus Corbeiensis Annales breves Corbeienses fortasse adhibuit*[6].

Legem Saxonicam, quae inveniatur apud plures diligenter descripta, *commemoravit I,* 14. *Diplomata et tabulas neglexit, sed epistolam illam pretiosissimam ab Ottone I. ad Saxonum principes missam III,* 70. *nobis servavit*[7].

In temporibus antiquissimis adumbrandis ut solam pene famam *sese esse secutum ipse testatur*[8], *ita in iis quae sequuntur e maiorum memoria*[9], *e populi rumore, e carminibus vulgaribus plura recepit. Quod de Hattonis perfidia in Adalberhtum traditum esset, tamquam* vulgi

1) *P.* 8. 2) *'Ruotger und der Aufstand von* 953' *apud Büdinger, 'Untersuchungen zur mittleren Geschichte' II,* 1 *(*1871*), p.* 38. *Cf. infra p.* 105, *n.* 1. 3) *Cf. Köpke, 'Widukind' p.* 44 *sq.; idem, 'Hrotsuit von Gandersheim' (= 'Ottonische Studien' II [*1869*]) p.* 94 *sqq.* 4) *I,* 19. *de Ungariis, I,* 22. *de Adalberhti morte, I,* 37. *de familia Edidis. — Nostra in editione, SS. III. et SS. r. G. (recognovit Dümmler* 1877, *secundum quam singulos locos afferre soleo), capita male separata sunt, quia caput* 14. *positum est bis. Tamen hanc numerandi rationem, ut confusiones evitarem, mihi esse obtinendam censui.* 5) *Waitz, 'Forsch. z. D. Gesch.' IX, p.* 339 *sqq.; Br. Zint, 'Ueber Roswitha's Carmen de gestis Oddonis' (Dissert. Königsb.* 1875*) p.* 28 *sqq.* 31; *ab Ottenthal, Reg. Imp. II, passim. P. de Winterfeld, qui Hrotsvithae opera nuperrime in collectione nostra edidit, certum de hac re iudicium non tulit, tamen privatim mecum communicavit sibi quidem videri nonnulla, quae miro consensu utriusque testis narrantur, ex iisdem fontibus esse hausta.* 6) *Nisi ipsum his annis quaedam fastis intulisse credideris; non multa cum iis habet communia (praesertim I,* 36. *III,* 63; *sed omnes locos annotavi). — Priores annales Corbeienses deperditos ab eo esse usurpatos contendit Köpke p.* 36. 37. 7) *Ad Ottonis coronationem describendam antiqua formula eum usum esse voluit Waitz, 'Die Formeln der Deutschen Königskrönung' in 'Abhandlungen der Kgl. Ges. der Wiss. zu Göttingen'* 1873. *p.* 29. *Cf. Maurenbrecher, 'Hist. Zeitschr.' V (*1861*), p.* 152, *n.* 7. 8) *I,* 2. *Cf. I,* 13: Qui autem finis reges secutus sit, quia memorabilis f a m a est, prodere non negligo; *ibid.:* Si qua fides his dictis adhibeatur, penes lectorem est. Mirari tamen non possumus in tantum f a m a m prevaluisse *etc.* 9) *I,* 12.

rumore fictum *postea quidem respuit*[1], *vix tamen maior fides iis danda est, quae de dolo adversus Heinricum excogitato enarrat. Hoc loco ac saepius*[2] *vocabulis* ut ferunt, fertur, traditur *similibusque sermone tradita indicare videtur; mimorum carmina et ipse affert*[3]*; neque errare nobis videmur, si permagnam libri primi partem, magnam etiam posterorum librorum ad haec revocandam esse statuimus*[4]. *Quo fit, ut epica quadam ratione Saxones laudibus fervidius celebrans legentium animos Widukindus singulariter oblectet.*

Primis Heinrici ducis annis ipse nondum natus aut certe puer fuit parvulae aetatis; quaecumque postea de his scripsit, sermone hominum tradita accepit. Nam litteris in his rebus narrandis se usum esse nusquam indicavit; neque enim ex annalibus opus confectum, sed ex rerum cognitione aliunde hausta, magnam partem ex memoria[5] *scriptum esse facile est intellectu. Postremis Heinrici annis et praecipue Ottonis temporibus res, quas narrat, bene compertas habuit; horum fuit aequalis, regiae domui et ipse coniunctus*[6]. *Errores etiam hac parte commisit; nonnulla leviter tetigit, multa praetermisit*[7]. *Res Galliae, Burgundiae, Italiae, Byzantii parum vel potius omnino non cognitas habuit*[8], *sed quae in Germania et in ipsa Saxonia gesta sint, rectius perspexit, et haec ei credere fas est. Quae incerta ipsi videbantur et ipse indicavit*[9], *ne miraculis quidem semper fidem adhi-*

1) *I,* 22, *p.* 30, *l.* 17. 2) *I,* 4. 7. 22. *II,* 23. 3) *I,* 23. *Hoc loco adicio, id quod me fugerat, epistolam Ermenrici Elwangensis p.* 31, *n.* 4. *allatam, qua mimi dicuntur, nuper in Monumentis nostris, Epist. V, p.* 534 *sqq., esse editam; ille locus legitur p.* 557, *l.* 23. 4) *Cf. Koegel, 'Gesch. der deutschen Litteratur' I,* 2, *p.* 231—240. *Iis quoque, quae de bellis cum Ungariis gestis narrat, subesse carmina vulgaria voluit C. Bruckner, 'Studien zur Gesch. der sächsischen Kaiser' (Dissert. Basil.* 1889*) p.* 7—17. 5) *Cf. Raase p.* 32. 6) *Testimonia quaedam collegit Maurenbrecher, De historicis decimi seculi scriptoribus p.* 34, *n.* 14. 7) *Ottonem I. imperatorem Romae coronatum esse ne verbo quidem memorat, sed ipsum necnon Heinricum regem post victorias de hostibus reportatas imperatores esse salutatos veterum scriptorum dicendi morem imitatus tradit; neque I,* 15, *quomodo Karolus ex rege imperator factus sit, indicat. Papae Romani sui temporis uno loco III,* 76. *mentionem fecit (III,* 70. *in epistola Ottonis), sed summum pontificem dicit archiepiscopum Moguntinum. Episcopatus in Slavorum terris conditos plane omisit, Magdeburgensem quidem leviter tetigit: non tam ea, quae ad sacra pertinent, quam virtutes bellicas, quibus Saxones prae ceteris florerent, describere studet.* 8) *Cf. I,* 29. 30. *II,* 35. 39. *III,* 3. 7. 63. 71—73. *Cf. W. A. Fischer, 'Das Verhältnis Ottos d. Gr. zu seinem Sohne Liudolf u. zu seiner Gemahlin Adelheid' (Innsbr.* 1903*) p.* 17 *sqq.* 9) *Ita I,* 25: ut quidam tradunt; *I,* 36: fuere qui dicerent; *II,* 3: ut ferunt; *II,* 16: Fertur etiam; *II,* 17: fuisse perhibetur; *II,* 25:

buit[1]. *Multum nimirum, ut monachus, ecclesiae Christianae tribuit, praesertim vero monachorum ordini favet*[2]*; sancti Viti, monasterii sui patroni, merita celebrat*[3]. *Attamen animum prodit a rebus saecularibus et bellicis minime alienum, famae gentis suae addictum*[4]. *Nimium fortasse eius virtuti* 5 *tribuit, cui Europae, immo totius mundi imperium tunc vindicatum esse gloriatur*[5]. *Etiam bella intestina satis candide narrat, in rerum causas inquirere vel de culpa iudicare non suum esse ratus*[6]. *Proeliis enarrandis immoratur neque crudeliter acta tacet nec reprehendit*[7]. *Impera-* 10 *toriae familiae discidia fusius exponit eaque multo simplicius ac liberius quam Hrotsvit. Historiae satisfacere suum esse profitetur*[8]*; et nullo modo possumus concedere, quod Hauck*[9] *dicit, omnium antiquorum Germaniae scriptorum minime integrum fuisse Widukindum. Saepe quamvis erraverit ac* 15 *sive amore patriae sive magni imperatoris admiratione sive monachico quodam studio commotus res ipsas suo iudicio suaque sententia imbuerit, bona tamen fide eum egisse nobis persuasum tenemus*[10].

Libri editi usque ad Ottonis I. mortem historiam 20 *deducunt; maximam vero partem iam antea conscriptam esse facile est demonstratu. Nam Ottone I. imperatore vivo se scripsisse Widukindus saepissime indicat. I,* 34: ex hoc res Francorum coeperunt minui, Saxonum vero crescere, donec dilatatae ipsa sua iam magnitudine laborant, ut 25

fertur narrasse; *II,* 27: re vera nescio an falso; *III,* 65: qui velox traditur fore; *III,* 68: Fuerunt etiam qui dicerent. 1) *I,* 35: de quo *(Wenceslao)* quaedam mirabilia predicantur, quae quia non probamus, silentio tegi iudicamus; *II,* 2: qui *(Hildiberhtus archiep. Mogunt.)* inter caetera gratiarum dona spiritum prophetiae accepisse predicatur; *II,* 32: Mons 30 quoque, ubi ipse rerum dominus sepultus est, fama prodidit, quia multis in locis flammas evomeret; *III,* 61: Fuerunt et qui . . . interpretarentur. Sapientiores autem signum crucis salutem victoriamque prefigurasse predicabant, quibus et nos fidelem assensum prebemus; *III,* 74: Piam famam super his nemo nos vituperet prodidisse, dum veri periculo 35 non subcumbimus. Audivimus enim a quodam solitario, in spiritu nescio an manifesta visione, animam reginae *(Mahthildis)* et episcopi *(Halberstatensis Bernhardi)* infinita multitudine angelorum cum gloria ineffabili caelos deferre vidisse. 2) *II,* 37. 38. 3) *I,* 34; *cf. III,* 2. 62. 4) *Cf. I,* 1: modo generis gentisque meae devotioni, ut 40 queo, elaborare non effugio. 5) *Cf. Maurenbrecher, De scriptoribus p.* 37, *et nimis severe Hauck, 'KG.' III, p.* 313 *sqq.* 6) *II,* 25. *III,* 15. 7) *II,* 20. *III,* 52. 55; *cf. I,* 36. 8) *II,* 25. 9) *'KG.' III, p.* 313, *n.* 5. 10) *Cf. Wattenbach, 'DGQ.' ed.* 7. *I, p.* 367. *Ipse Maurenbrecher, quem tamquam praecursorem Hauck sequitur, con-* 45 *fitetur 'Hist. Zeitschr.' V, p.* 121: *'eine absichtliche Verdrehung der Geschichte lag ihm fern'.*

videmus in amore mundi et totius orbis capite, patre tuo, cuius potentiae maiestatem non solum Germania . . . . sed tota fere Europa non sustinet; *ibid.*: habeamus te advocatum apud terrenum regem, tuum 5 scilicet patrem atque fratrem; *II, praefat.*: quamquam in Africam Asiamque patris tui iam potestas protendatur; *II*, 36: *(Otto)* Romana lingua Sclavanicaque loqui scit; sed rarum est, quo earum uti dignetur . . . tabularum ludos amat *etc.*; *III*, 12: 10 Nati sunt autem regi filii . . . tertius paterni nominis maiestate designatus, quem iam post patrem dominum ac imperatorem universus sperat orbis. *Et codex Dresdensis (A) non integrum tertium librum exhibet, sed c.* 69. *his verbis finitur:* Is finis Wichmanno talisque 15 omnibus fere, qui contra imperatorem arma sumpserunt, patrem tuum.

Hucusque primum, nisi fallimur, Widukindus scripsit. Sunt quidem quae ipsum iam antea libro finem imposuisse innuere possint. Wichmanno subacto rebusque, ut ipsius 20 *verbis utamur, rite compositis, Ottonem iterum in Italiam profectum esse tradit, res vero ibidem gestas quam brevissime attingit (III,* 63*). Haec* nostrae, *inquit,* tenuitatis non est edicere, sed, ut initio historiae predixi, in tantum fideli devotione elaborasse sufficiat. Caeterum 25 erga tuam claritatem serenitatemque . . . magna devotio opus humile magnificet. At finis civilis belli terminus sit libelli. *Quae verba quam maxime fini convenire nemo non videt*[1].

Non igitur continuo libri tres operis nostri compositi 30 *sunt. Singulos libros, ut primum perfecti sunt, Mahthildi esse traditos singulae praefationes demonstrant*[2]. *Ac quoniam in primi libri praefatione de Mahthildis* maiestate imperiali *dicatur, hanc non ante a.* 962. *scriptam esse apparet*[3].

1) *Cf. B. de Simson, 'N. Archiv' XV, p.* 569. 2) Ingens opus 35 coepturus vel certe iteraturus — nam magna ex parte peractum est — tua gratia fulciatur . . . . permaneatque ea devotione dedicatum, qua est inceptum *(II, praefat.)*; Unde laboris nostri opus, quod a diversis moribus diverse accipitur *(III, praefat.). Cf. Köpke p.* 30 *sq.* 53; *Raase p.* 19; *Ebert, 'Gesch. der Lit. des Mittelalters'* 40 *III, p.* 428. 3) *Hauck III, p.* 311, *n.* 6. *Anno* 966. *Mahthildis, quamvis duodecimum tantum ageret annum, abbatissa Quedlinburgensis electa est et constituta (Ann. Quedl. a.* 966 = *Ann. Saxo). Widukindum, qui ipsi nimias laudes tribuit (cf. etiam III,* 12*), quoniam huius rei nullam facit mentionem, iam antea librum suum ei dedicasse* 45 *putavit Bouquet, 'Recueil des historiens des Gaules' VIII, p.* 217, *n.* a.

*Post obitum Geronis comitis (*965. *Maii* 20*)*[1] *et Brunonis archiepiscopi (*965. *Oct.* 11*)*[2], *fortasse etiam Bolizlai I. ducis Bohemiae (*967. *Iul.* 15*)*[3] *atque reginae Mahthildis (*968. *Mart.* 15*)*[4], *dum imperator Otto cum filio Ottone in Italia moraretur (inde ab* 967. *Oct.)*[5], *tricesimo anno post victoriam de Ungariis a.* 938. *in Saxonia reportatam*[6] *Widukindus in historia scribenda occupatus fuit. Wichmannus, de cuius interitu ultimis capitibus dicit, mense Septembri a.* 967. *occisus est; non multo post librum tertium esse absolutum recte statuere nobis videmur. Cum locorum, quos commemoravimus, nonnulli aut retractati aut inserti esse possint, certius hac de re nolumus affirmare; hoc certo videtur esse statuendum scripsisse Widukindum anno fere* 968.

*Ottone vero Magno imperatore mortuo, pauca historiae adicienda esse iudicavit. Imperatoris epistola (*968*), bella contra Graecos gesta (*969*), nuptiae Ottonis secundi (*972*), obitus Mahthildis reginae, Wilhelmi et Bernhardi pontificum (*968*), Hermanni ducis, ipsius denique imperatoris (*973*) hic referuntur. In plerisque codicibus haec cum prioribus arctissime coniuncta leguntur, iam Thietmarus iis usus est, Sigebertus, Frutolfus, Annalista Saxo eadem adhibuerunt; ideoque quin etiam haec ab ipso Widukindo addita sint, minime dubito, praesertim cum ubique eandem dicendi rationem deprehendere mihi videar*[7]. *Quorum quae ad Vitam Mahthildis prope accedere videntur, ex ea re vera hausta esse nullo modo concedimus. Procul dubio paulo post Ottonis mortem haec scripta sunt, ab ipso Widukindo*

1) *Cf. III,* 54: E r a n t quippe in Gerone multae artes . . . . ut e r a t animi ardentissimi. 2) *I,* 31: quem pontificis summi ac ducis magni v i d i m u s officium gerentem. *Cf. II,* 36. 3) *I,* 35: qui q u a m d i u v i x i t imperatori fidelis et utilis mansit. *Sed cf. p.* 43, *n.* 11. 4) *I,* 31: E r a t namque ipsa domina regina filia Thiadrici *etc.* 5) *III,* 63: quam *(Mahthildim iuniorem)* patris f r a t r i s q u e celsitudo patriae ad omnem honorem nobisque ad solatium r e l i q u i t. — *Quod Raase p.* 20. *censuit verba de Ottone II:* quem iam post patrem dominum ac imperatorem universus sperat orbis *(III,* 12*) scribi non potuisse nisi priusquam ille imperator factus esset, i. e. ante a.* 967. *Dec.* 25, *iam dudum praedamnavit Maurenbrecher, 'Hist. Zeitschr.' XVIII, p.* 436. 6) *II,* 14. 7) *Cf. quae annotavi p.* 122, *n.* 3. 5. *p.* 123, *n.* 1. 3. 4. *p.* 124, *n.* 2. *p.* 127, *n.* 1. 4—6. — *Trithemius quidem Chron. Hirsaug. praefat., Opera II, p.* 2, *Widukindi historiam ab alio quopiam completam esse contendit; sed hoc nullius est momenti.*

addita, ut imperatoris res absolveret, quas in Germania gestas ipse vidit. Non continuam horum annorum confecit historiam, sed pauca tantum, quae huc spectare viderentur, memoriae tradidit. Utinam haec quoque accuratius exposuisset, utinam alter Widukindus Ottonis II. et III. historiam conscripsisset!

Ipse vero, ut librum additamento illo auxit, paucissimos locos eius retractavit. Ac primum quidem I, 22. de insidiis Adalberhto comiti et Heinrico duci ab Hattone archiepiscopo Moguntino paratis ingenuo animo retulerat[1]*; quam relationem codex B* 1 *et quae ab eo paulo discrepat editio princeps (B* 2*) servaverunt, Frutolfus quoque legit. Haud dubie cum talis accusatio contra summum pontificem prolata auctori in opprobrium verti potuerit, breviata est et mitigata in cod. C, in A omnino fere suppressa. Lectionem codicis C ex relatione codicum B* 1. 2 *postea ortam esse ex verbis p.* 30, *l.* 14—17. *minus apte insertis patet; in A deinde magni ponderis sunt praecipue verba haec p.* 29, *l.* 12 *sq.:* Hattho autem videns suis artibus finem impositum, *cum antea de illis artibus nihil legatur. [Ex quibus verbis elucere videtur scriptorem legisse narrationem codicum B* 1. 2, *ut V. Cl. de Simson l. l. p.* 568. *post alios iterum bene monuit. O. H.-E.] Similiter sententiarum nexus mutatus est III,* 2, *ubi B* 1. 2 *et Annalista Saxo nonnulla de quibusdam abbatibus Corbeiensibus proferunt, quae in A et C, sive quod sermonem quodammodo interrumperent, sive quod magis ad historiam monasterii quam populi spectare viderentur, sublata sunt. His locis verba codicum B* 1 *et* 2 *ab ipso Widukindo esse scripta B. de Simson*[2] *argute perspexit et probavit*[3]*; sed etiam quae A et C praebent Widukindo haud abiudicarimus. Ubique eundem stilum deprehendere nobis videmur; in verbis codicis C p.* 30, *l.* 16: quod quia non probamus[4], *p.* 89, *l.* 15: nisi rarissimus quisque

1) *Cf. Wattenbach, 'SB. der Berliner Akademie'* 1896. *p.* 350. 2) *'N. Archiv' XV, p.* 565 *sqq.* 3) *Praeter locos l. l. p.* 572. *notatos attuli infra p.* 90, *n.* 1. 3. *alios. Ad p.* 90, *l.* 9: Sed et ipse nepos erat Warini *cf. p.* 111, *l.* 5 *sq.:* sed et ipse dux Herimannus. 4) *Cf. p.* 43, *l.* 14: quae quia non probamus. *Quod hoc loco sermo sillabis consonis ornatus sit:*

> Is, ut ferunt, Adelberhtus,
> ab ipso quondam pontifice in fide susceptus,
> eius est consilio deceptus;
> quod quia non probamus,
> numquam adfirmamus,
> sed vulgi rumore magis fictum credimus —

dictionis Widukindi propriae vestigia agnoscas; neque sunt quae ab eius aetate vel ingenio aliena iudicari debeant[1].

non est, quod mireris. Eundem ornatum invenis etiam aliis locis ipsius capitis, maxime in orationibus, tum I, 5:

'Quid sibi vult', inquit, 'tam ingens aurum
circa tuum famelicum collum?'
'Emptorem', inquit, 'quaero;
ad nichil aliud istud aurum gero' —

III, 63:

At finis civilis belli
terminus sit libelli.

1) *Narrationem codicis A de insidiis Heinrico paratis quasi ieiunam et nimis timidam alicui Moguntinae diocesis scribae tribuendum esse Waitz a.* 1839. *statuit; sed iam b. m. G. H. Pertz monuit: 'Widukindo, et in culpis Frithurici archiepiscopi Mogunt. recensendis nimis timido, narrationem recensionis primae de Hattone, certe magis ieiunam quam res postulabat, sed loco Cassala indicato ditiorem, haud abiudicaverim'. Idem postea Köpke p.* 25 *sq. et Raase p.* 17. *et ipse G. Waitz ed.* 3. *p. XI. a.* 1882. *probaverunt; Wattenbach, 'DGQ.' ed.* 6. *I, p.* 332, *rem in medio reliquit; sed Heidemann, 'Hatto I, Erzbischof von Mainz' p.* 35, *n.* 5, *ac Simson, 'N. Archiv' XV, p.* 568, *[et E. Dümmler in DGQ.' ed.* 7. *I, p.* 368, *n.* 2*] locum Widukindo iterum abiudicarunt. Ego hanc quoque recensionem a Widukindo ipso esse confectam non plane negarim. Quem cum semel rescripsisse constet, iam vero iterum quoque eum ipsum retractasse, III,* 2. *respicientes, possumus conicere. Quae B. de Simson l. l. quamvis caute attulerit quasi a ratione scribendi Widukindiana discrepantia, ea maioris momenti non sunt. Sed ad ea verba quam usitatissima et quae Köpke p.* 25 *sq. congessit, plura addere mihi liceat. Cum p.* 28, *l.* 11: Quidam enim insidias tendentium *cf. p.* 101, *l.* 2: indignatio filii mei caeterorumque insidias tendentium, *et ad hoc Sallust. Iug. c.* 61: insidias regi per amicos tendere. *Ad p.* 29, *l.* 17. 18: super imperio Francorum acri cura vigilabat *cf. praeter p.* 42, *l.* 14: rex . . . quanta prudentia vigilaverit in munienda patria *etiam p.* 21, *l.* 10. 11: Karolus cum esset regum fortissimus, non minori sapientia vigilabat *et p.* 99, *l.* 9. 10: quanta sapientia quantaque prudentia contra propinquos et hostes manifestos vigilaverit. *Cum p.* 29, *l.* 19: templum Maguntie nobili structura illustrabat *cf. p.* 83, *l.* 15: templum famosum Vuldense . . . multo maiori decore perfectum. *[His allatis rem absolutam esse non credo. Editor, cum locum codicis A ab ipso Widukindo conscriptum esse censeret, non explicavit, quomodo fieri potuerit, ut recensio codicis A, quam ipse primam esse dixit, locum contineat post narrationem codicum B* 1. 2, *ut ipse perspexit, scriptum, ut lectio codicum B* 1. 2 *primum scripta in A post mutata sit, ut ipse infra p. XIX. dixit. Quod ut explanaret, cum ab eo petiissem, post paucos dies defunctus est. Conicere quidem potes Widukindum librum nondum finitum in exemplar transscriptum cuidam dedisse, quem offensum iri crediderit narratione de Hattone archiepiscopo fraudes molito famosa, ideoque eum hanc omisisse. Sed cur, quaeso, cum hoc faciens Cassalam locum rei gestae addendum esse duxerit, hunc in archetypo suo non adnotavit? Quaestionem pono, rem diiudicare nolo. Nec satis plane editor exposuit, quomodo recensiones A, B, C inter se connexae sint, codicem quidem Casinensem postremam continere cum Viro Cl. de Simson*

Alios quoque locos et Widukindum ipsum retractasse et eorum antiquiorem recensionem classe B servatam esse conicere licet. II, 16. praebet B Hadaldi camerarii ad Isilberhtum ducem Lothariorum oratiunculam talem: Imperium tibi, inquit,
5 regale facio presente populo, *sed C:* Imperio, inquid, tibi regali denuncio, teste populo. *III,* 69. *B:* Audiens autem Wichmannus urbem captam sociosque afflictos, *ubi A* circumventos, *C* oppressos; *verbum* afflictos *a Widukindo inde mutatum esse crediderim, quod paucis lineis*
10 *superius scriptis legerentur:* Milites Wichmanni variis poenis afflixit[1]. *Valde dubius tamen haereo, num capitum divisionem et indices singulis libris praemissos unius codicis ipsi Widukindo tribuam*[2]. *Etiam in prima quam habemus*

recte statuit, quod iam littera C ei adsignata indicavit. Nec tamen satis
15 *diserte ac plane supra p. XV. statuit — quod ultra omnem dubitationem constat — post caput III,* 63. *conscriptum Widukindum primum libro finem dedisse. Iam plura addere supersedeo, cum Hermannus Bloch mox suam sententiam propositurus sit de codicibus Widukindi. O. H.-E.].*
1) *III,* 39. *habet B* 2: Reinespurg pene omnis proxima nocte arsa,
20 *ubi* est arsa *A,* concremata *B* 1. *C. Ann. Magdeburg. (ubi* est *additum),* exusta est *Frut.,* incensa est *Saxo. Hic* arsa *in textum ideo recepimus, quod maxime abhorreat ab urbanitate linguae Latinae: hac de causa primum scriptum fuisse verisimile est, postea correctum [a scribis et auctoribus Widukindi librum exscribentibus vario modo. Sane conicio*
25 *et Annalistam Magdeburgensem et Frutolfum et Annalistam Saxonem* arsa *in suis codicibus legisse et offensos barbarismo mutasse, idemque fuisse in archetypo recensionis B dubitari non potest, cum inter B* 1 *et C nulla intercedat cognatio, reiectum igitur esse a librario B* 1 *vel libri parentis. In libro quidem, ex quo C profectum est, sive archetypo*
30 *Widukindi sive exemplari,* concremata *ab ipso Widukindo postea correctum esse, si vis conicere, nemini persuadere potes. Nec miror, quod tres viri eodem modo vitium emendaverint. O. H.-E.]. Verba I,* 16. vigebat *(B* 1. 2. *Saxo) pro* fiebat *(A. C. Frut.) et I,* 22. diem postremum defecisset *(C) pro* diem post tertium *ex erroribus legentis scribentisque*
35 *inrepsisse possunt. [Priore loco manum corrigentis deprehendere mihi videor. O. H.-E.]. Utrum II, praefat.* conscriptum *codicis C pro reliquorum* inceptum, *I,* 35. Kietni *(A) pro reliquorum* Gana *ab ipso Widukindo scriptum sit necne, iam vix definiri potest. De ultima oratione sancti Viti, quam scriba codicis B* 1 *aut prior librarius sua*
40 *indole mutavit, cf. infra p.* 41, *n.* 6. 2) *Cf. Raase p.* 18. *In indice non ipse auctor loquitur (I,* 1. 2: scripserit, narrat*). Vocabulo* genealogia *(I,* 31*) Widukindus nusquam alibi utitur. Nonnulla argumenta incondite facta, quin etiam falsa sunt, ita ut Widukindo ea non attribuere possis; persaepe sine ulla ratione prima capitum verba usurpantur*
45 *(cf. I,* 12. *II,* 7. 15. 21. *etc.). II,* 28. *librarius nepotes Isilberhti ducis Lothariorum alios esse videtur putavisse atque Ansfridum et Arnoldum. Cf. p.* 80, *n.* 1. *Denique genus scribendi vix respondere videtur Widukindiano; solum quae legimus II,* 14: qualiter non sine suo gravi vulnere *conferri possunt cum III,* 67: non sine sui tamen gravi
50 vulnere. *Codices vero Widukindi a posterioribus, Thietmaro, Frutolfo,*

recensione nonnulla sunt, quae post ab ipso inserta esse videantur[1]. *Minime vero concesserimus integrum librum ita esse refectum, ut quasi novum opus procederet*[2], *vel commentarios esse ab ipso auctore non satis dispositos et expositos. Widukindus sane non paucis locis narrationis filum abrupit, res alienas immiscuit, ordinem turbavit, sed id consilio egisse, ut narrationem variaret et ornaret, censendus est.*

Iam vero editionem ita instituo, ut diversae libri recensiones facile possint discerni. Cui parandae haec fuerunt subsidia:

A) Codex mense Octobri a. 1832. *ex tabulario regio in bibliothecam regiam* Dresdensem *delatus, nunc signatus I, nr.* 38, *membranaceus* 4⁰, 21 *foliorum, quae in binas columnas divisa sunt. Finitur III,* 69. *verbis supra p. XV, l.* 14. *allatis, continuatione carens*[3]; *ideoque, etiamsi alibi locos maxime retractatos praebet, primo loco eum retinui. Quo saeculo conscriptus sit, viri docti miro modo inter se dissentiunt*[4]; *quem circa a.* 1200. *vel potius paulo post hunc annum, sed ante a.* 1220, *ut et O. Holder-Egger et M. Tangl statuerunt, scriptum esse censuerim. Idem liber olim continebat chronicon Cosmae Pragensis aliosque fontes, quos nunc seiunctos codex Dresdensis I, nr.* 43[5] *continet. Originem duxit*

Annalistis Saxone et Magdeburgensi, evoluti capitum divisionem certe non exhibuerunt, cum illi singula capita non modo saepe primis litteris parvis positis incipiant, sed interdum ulla careant distinctione. 1) *Cf. Wilh. de Giesebrecht, 'Geschichte der Deutschen Kaiserzeit' ed.* 5. *I, p.* 811, *qui breves quasdam notitias in margine additas postea narrationi insertas esse censuit, sed Wilhelmo Wattenbach monente eas ab ipso Widukindo scriptas esse concessit. Vix tamen omnia quae affert huc pertinere videntur (ex. gr. I,* 35*).* 2) *Hanc Rudolfi Köpke sententiam recte refutavit Raase.* 3) *Etiam librum, cuius exemplum est codex Dresdensis, reliqua parte operis caruisse apud me constat. Ultimi enim folii vacat spatium amplum, in quo plura scribi potuissent.* 4) *Ebert, 'Archiv' III, p.* 605, *falso attribuit codicem initio saeculi XIV; Falkenstein, 'Beschreibung der Königl. öffentl. Bibliothek zu Dresden' (*1839*) p.* 333, *et G. Waitz saeculo XII; Schnorr de Carolsfeld, 'Katalog der Handschriften der Königl. öffentl. Bibliothek zu Dresden' II (Leipzig* 1883*), p.* 21, *saec. XIII. B. de Simson, 'N. Archiv' XV, p.* 568, *n.* 5, *recte animadvertit codicem A scriptum esse post B* 1. 5) *Cf. Köpke, SS. IX, p.* 26 *sq. Codex Dresdensis I,* 43. *et ipse a.* 1832. *ex tabulario regio in bibliothecam translatus est. Eum atque nostrum I,* 38. *antea unum fuisse librum ex eo patet, quod I,* 38. *contineat folia I—XXI, I,* 43. *autem a folio XXII. incipiat, deinde quod I,* 38. *in ultima pagina (XXI') praebeat registrum quoddam, cui inscribitur:* cronica bohemorum; *quare iam Schnorr de Carolsfeld l. l. II, p.* 21. *rogavit, anne hos codices olim coniunctos fuisse statuendum esset. Accedit, quod litterarum ductus et initialium quae vocantur ornatus similis eandem prodit scolam,*

e monasterio Veteris Cellae (Altzelle) diocesis Misnensis, ut in margine inferiore fol. I.' et II. litteris uncialibus adscriptum: Liber Celle Sancte Marie[1]. *Elegantissime scriptus est: lineae ductae atramento, litterae minusculae pulcherrime* 5 *exaratae, initiales praefationum ac librorum coloribus pictae. Alioquin optimus iudicari nequit: scriptor non ubique satis accuratus fuit, sententias saepe male vel adeo omnino non interpunxit, nomina propria sui temporis more immutavit nec verecunde antiquam scribendi rationem servavit; versus* 10 *finem libri interdum* flaui *pro* slaui *aut* sclaui *aliaque insolita et monstruosa praebet. Prima manus plerumque in marginibus praeformavit, quae minio inscriberentur*[2]*; altera, ni fallor, sed coaeva perpauca superscripsit; recentiores quaedam in marginibus annotaverunt, praesertim argumenta* 15 *rerum in textu enarratarum, penitus spernenda et a me neglecta. Hoc codice Fabricius in libris suis usus est; Reineccius eodem usus editionem suam adornavit; postea varias lectiones a Tenzelio electoris Saxoniae consiliario et historiographo secum communicatas Leibniz*[3] *edidit; in soci-* 20 *etatis nostrae usum primus Ebert b. m. a.* 1821. *codicem cum Meibomii editione contulit, tum V. Cl. H. Kohl quaedam omissa supplevit necnon duorum foliorum (XI et XII), quae excisa erant, sed a.* 1850. *ab Herschel*[4] *archivi praefecto reperta et restituta sunt, lectiones enotavit*[5]. *Iam vero* 25 *ego ipse codicem a bibliothecae Dresdensis praefectis bis*

etsi manus, quae Cosmae chronicon scripsit, paulo vetustior videtur: ę caudata, quae raro occurrit in I, 38, *semper fere in I,* 43. *scribitur. Sed ut qui legunt ipsi iudicare possint, codicis I,* 38. *scripturae tabula huic tomello adiuncta est, sperantes fore, ut V. d. B. Bretholz,* 30 *futurus Cosmae in hac collectione editor, addat operi suo specimen ex codice I,* 43. *depromptum. Alia minora codicis A specimina invenies SS. III. post p.* 408 *(scil. lib. III,* 69*); L. Stacke, 'Deutsche Geschichte' ed.* 7. *I (*1896*), post p.* 260. 288 = *Jäger, 'Weltgeschichte' ed.* 4. *II (*1899*), post p.* 110. *et* 114 *(I,* 37. 38. *II,* 36*); Henne am Rhyn,* 35 *'Kulturgeschichte des Deutschen Volkes' ed.* 2. *I (*1892*), post p.* 228 = *Berner, 'Geschichte des Preussischen Staates' ed.* 2 *(*1896*), p.* 3 *(I,* 35*). — Quod A. Bachmann, 'Mittheil. des Inst. für Österr. Geschichtsforschung' XX, p.* 42, *dixit Cosmae codicem Dresd. I,* 43. *exemplar esse in usus monasterii Sazawensis transscriptum, comprobare nequeo.*

1) *Ebert,* 40 *'Archiv' III, p.* 605, *codicem A ex quodam Corbeiensi descriptum esse putavit; sed omnes Widukindi codices haud dubie ex libris Corbeiensibus derivandi sunt, quamquam eorum stemma constituere non iam licet.*

2) *Cf. speciminis columnam II.*

3) *SS. rer. Brunsvic. I, p.* 211—220.

4) *Haud ab H. Kohl, ut infra p.* 64, *n.* k *falso annotavi.*

5) *Cf.* 45 *'N. Archiv' II, p.* 450. *Quorum duorum foliorum umore affectorum atque detritorum pars quaedam haud facile legi potest, maxime initium folii XI.*

huc transmissum cum tanto studio contuli, ut vix quicquam neglexisse mihi videar.

Sequitur classis B, qui quamquam usque ad a. 973. *historiam deducit, antiquiorem operis recensionem praebet:*

B 1*) Codex* L o n d i n i e n s i s *musei Britannici nr.* 21109 [1], *membranaceus, formae quadratae, foliorum* 184, *medio, ut videtur, saec. XII. scriptus* [2], *qui olim in bibliotheca monasterii* S t e i n f e l d *diocesis Coloniensis asservatus* [3], *a.* 1855. *a Chevalier de Bearzi Lutetiae Parisiorum emptus est. Continet nonnullos libros historicos celebres: Gesta Dagoberti I* [4], *Vitam Karoli auctore Einhardo, Thegani c.* 1—7, *Annales Francorum ad a.* 827, *Vitam Hludowici Pii anonymam, Theganum usque ad c.* 22. *mutilum, Historias Francorum Steinveldenses* [5]*; folia denique* 138′—181′. *Rerum gestarum Saxonicarum libri occupant. Liber quamvis non parvi sit faciendus, non pari diligentia est scriptus: verborum ordinem interdum scriptor turbavit* [6], *verba ipsa mutavit, e. gr.* et *pro* atque *saepius posuit, ne numeros quidem recte servavit* [7]. *Pauca in eo leguntur correcta, utrum a prima manu an a secunda, non omnibus locis satis liquet; e libro codici A propinquo pauca in libro B* 1 *esse correcta ex p.* 101, *n.* g. i. k *aliisque fortasse potes conicere. Quod unum folium (III,* 73—75*) excisum neque usque nunc repertum sit, quoniam A ibidem iam desideratur, summe dolendum. Codicem, dum in Germania exstabat, ab I. F. Boehmer Hannoveram missum G. Waitz adulescens contulit parum accurate; ideoque maximas gratias nostras meritus est V. Cl. I. B. Bury collegii Trinitatis Dublinensis, qui sua sponte totum librum perscrutatus fere innumera supplevit, sed et W. Levison socius me petente codicem descripsit, nonnulla recognovit, partem posteriorem prope integram cum plagulis comparavit.*

B 2*) Primam Widukindi editionem curavit Martinus Frecht theologiae professor Heidelbergensis* [8], *quae inscri-*

1) *Cf. 'Catalogue of additions to the mss. in the British Museum in the years* 1854—1860.' 1875. *p.* 322 *sq.; 'Archiv' VII, p.* 364—371; *'N. Archiv' IV, p.* 363. *XIX, p.* 326. 2) *Vide specimen scripturae I,* 14. *SS. III. post p.* 412. 3) *In margine inferiore fol.* 2′. *manus saec. XV. scripsit:* Pertinet ad Steynvelt; *ibidem fol.* 3: Liber biblioth. manualis. 4) *Cf. Krusch, SS. rer. Merov. II, p.* 397. 5) *Editas SS. XIII, p.* 726 *sqq.* 6) *Sed non ubique hoc suo Marte fecisse, sed ordinem iam in libro descripto nonnusquam videtur invenisse mutatum, cum in Frutolfi et Annalistae Saxonis chronicis verborum nexus non semel eodem modo turbatus sit.* 7) *Cf. p.* 60, *n.* f. *p.* 122, *n.* w. 8) *Cf. 'Allgemeine Deutsche Biographie' VII, p.* 325 *sqq.*

bitur: Witichindi Saxonis Rerum ab Heinrico et Ottone I impp. gestarum Libri III *etc.* Basileae apud Io. Hervagium, mense Martio, a. MDXXXII, *fol., p.* 1—52. *Usus est codice fortasse omnium pretiosissimo, nunc proh* 5 *dolor! deperdito, quem in tenebris monasterii Eberbacensis prope Rhenum fl. siti invenerat, cuius aetatem et conditionem non indicavit. Ubique fere cum codice B* 1 *convenit, attamen ex ipso descriptus esse nequit. Complura quae in B* 1 *desunt vocabula hic leguntur, alia, quae ille depravata exhibet, Frecht* 10 *sane expressit, ideoque B* 2 *permultum facit ad rectum de B* 1 *iudicium proferendum: ex ipso enim apparet, quibus locis — quorum numerus non parvus — scriptor codicis B* 1 *vel eius, ex quo hic descriptus est, lectionem ad arbitrium vel neglegenter mutaverit. Nonnunquam vero in B* 2 15 *Widukindi verba ita sunt mutata, vitia emendata, ut potius editori quam codici ea attribuas. E. gr. pro* -erunt *in perfecto saepissime praebet* -ere, *pro* domi militiaque *ubique* d. militiaeque, *et quae sunt eiusmodi.*

C) Codex monasterii Casinensis nr. 298 *(non* 20 289*)* [1], *membranaceus* 4⁰, *ex tribus codicibus est conflatus. Quorum primus (fol.* 1—48*) mutilus, binis columnis exaratus, litteris 'Longobardis' saec. XI. ineuntis prodit tres epistolas Hieronymi, secundus (fol.* 49—80*) pariter non integer libros Ambrosii de mysteriis et de baptismo; tertius* 25 *(fol.* 81—244*), signatus in margine inferiore nr.* 917, *saec. XI. vergente vel XII. incipiente manu Beneventana scriptus* [2], *continet opus nostrum. Omnium qui supersunt quamvis sit antiquissimus, tamen singulos locos retractatos habet. Neque mendis, vitiis, lacunis* [3] *caret. Saepius quam* 30 *ceteri contra linguae Latinae regulas peccat; verborum scribendorum ratio a vulgari recedit, et multa sunt quae scriptorem Italicum comprobent* [4]. *Cuius codicis lectionem variam a*

1) *Bibliotheca Casinensis V,* 1 *(*1894*), p.* 71 *sq.* 2) *An iussu Wibaldi abbatis Corbeiensis et Casinensis? PERTZ. Cf. specimen, quod dedit* 35 *Waitz, SS. III, post p.* 408 *(I, praefat.). At formam litterarum et praesertim initialis litterae* P *talem esse, ut saltem initio saec. XI. iure meritoque assignari posset, Casinenses, Bibl. l. l. p.* 71, *nuper censuerunt. Neque silendum est Ambrosio Amelli hunc codicem illis, qui sub Theobaldo abbate a.* 1023. *scripti sunt, scriptura comparata aequalem videri.* 40 3) *Cf. p.* 109, *n.* k. q. *p.* 111, *n.* u, *alibi.* 4) *Scribitur:* iudicabit, iudicabimus *pro* iudicavit *etc.,* ververibus *pro* verberibus, cibilibus, vestucam *loco* festucam; structio *pro* strutio; ioseppo *pro* iosepho; impuero; discendendi, oppungnare, hammaburgnensem; scissitare; progecit, agebat *pro* aiebat; atho, omerus, erimannus, odiernum, reveunt; 45 afinitas, afirmare, acipit, caliditas, rarisumus, redidit; contemptus *pro*

L. Zaccagnio bibliothecae Vaticanae custode sibi transmissam Leibniz[1] *publici iuris fecit. Codicem iterum cum editione Frechti G. H. Pertz contulit eumque accuratius descripsit*[2]*; denique G. Waitz, ab Augusto de Druffel b. m. adiutus, a.* 1876. *locos, quorum lectio dubia videbatur, examinavit. Mecum* 5 *V. Rev. Ambrosius Amelli, celeberrimi illius archicoenobii hoc tempore prior, omnia quae de eo rogavi — et multa et fere nimia rogavi — benigne communicavit; cuius indefessam operam grato me animo habiturum hoc quoque loco facere non possum quin profitear.* 10

Codicem monasterii Corbeiensis penes se habuisse I. F. Falke testatus est[3] *atque in Codice traditionum Corbeiensium (*1752. *fol.) plures ex illo attulit lectiones*[4]. *Codicem pariter atque Chronicon Corbeiense esse ficticium, lectiones vero ex illis, quas edidit Leibniz, desumptas*[5] *sane* 15 *putarem, nisi Grupen, vir summae fidei, semet ipsum hunc vidisse codicem professus esset*[6]. *Codicis vestigia nulla reperta sunt, sive est deperditus sive tenebris obrutus. Ut nihil desit editioni nostrae, lectionem omnem variam ab isto Falke enotatam recepimus.* 20

Saeculo XVI. incipiente Widukindi codicem in monasterio Novi-operis (Neuwerk) prope Halas Saxonum fuisse Ebert ostendit[7]*, qui deperditus haberi debet*[8]. *— De aliis libris mss. per quattuor saecula fama nihil vulgavit.*

contentus; erumpando, difficele, diffucultas, palulum *pro* paululum; 25 inquid, reliquid, set *pro* sed *etc. — quae semper in notis afferre nolui. At quod formas* neglegere, intellegere *loco* negligere *etc. more antiquo scriptas in textum non receperim, fere doleo.* 1) *SS. rer. Brunsvic. I, p.* 221—232. *Eaedem solae lectiones in exemplo quodam editionis Frechtianae, olim Petri Burmanni iun., nunc bibliothecae* 30 *Heidelbergensis, adscriptae sunt ideoque non tanti momenti, quanti putavit Mone, 'Archiv' I, p.* 430—432. 2) *Cf. 'Archiv' V, p.* 144 *sq.* 3) *'Braunschweigische Anzeigen'* 1752. *p.* 1443: *'Ich will nur kürzlich anmerken, dass . . . der ächte Widekindus aus der ersten Handschrift mit dem Chronico Corbeiensi zugleich ediret, und von beyden einige Proben* 35 *in Kupfer sollen gestochen werden, wobey wir zugleich anzeigen wollen, wo er bishero verborgen gelegen'.* 4) *P.* 159. 307. 401. 416. 456. 465. 471. 574. 584. 5) *Loco p.* 456. *exscripto cum ed. Meibomiana et lectionibus codicis Casinensis collato hoc etiamnum verisimile nobis est; cf. infra p.* 38, *n.* h. *Bonas quasdam formas nominum, ut p.* 37, *n.* i 40 Isliberhtum, *Falke ex Ann. Corbeiensibus deprompsisse mihi videtur, econtra quae p.* 68, *n.* v *de Hadaldo Ottonis I. camerario affert aliaque prorsus ex suo ingenio hausit.* 6) *Observationes rerum et antiquitatum Germanicarum et Romanarum (*1763*) p.* 552 *sq.* 7) *'Archiv' V, p.* 525 *sq.* 8) *Minime hunc fuisse librum qui nunc in bibliotheca* 45 *Dresdensi adservatur, quod Ebert coniecit, ex eo apparet, quod non Cosmae Chronicon, sed alios libros historicos praeter Widukindum continuerit. O. H.-E.*

Per medium vero aevum plura fuisse exemplaria videntur; nam Widukindi librum multi chronographi secuti sunt ipsumque pro parte ad verbum exscripserunt.

Primo loco Thietmarus nominandus est, quem magnam primi et secundi libri partem ex nostro hausisse iam satis constat[1], *quamquam raro ipsius verba retinuit, sed more suo easdem res mutato sermone expressit. Ideo magis ad Widukindum explicandum quam ad verba restituenda adhiberi potest.*

Is qui Annales Mettenses saec. XI. vel XII. incipiente conscripsit ex Widukindo quam plurima desumpsit eiusque narrationem in epitomen redegit. Codex autographus a Duchesne[2] *editus, Cheltenhamensis nr.* 1853[3], *iam Berolinensis (Meerman. nr.* 141*)*[4], *verbis I,* 36. acceptoque sacramento *finitur*[5] *et plerumque veris lectionibus concordat. Quem non sine fructu contuli.*

Frutolfus monachus et prior S. Michaelis monasterii Bambergensis in chronico universali, quod antea Ekkehardi Uraugiensis credebatur[6], *magnam Widukindi partem ad verbum descripsit*[7], *codice usus, qui ad B* 1 *prope accedere videtur. Non solum in enarrando dolo, quem Hatto contra Adalberhtum excogitaverit*[8], *verum etiam in innumeris lectionibus ac verbis transpositis cum B* 1, *rarius cum B* 2 *omnino convenit. Ex Chronico vero Frutolfi vel ex hoc aucto ab Ekkehardo Uraugiensi ad chronographos medii aevi plurimos Widukindi narratio pervenit, ad anonymum videlicet de origine gentis Swevorum*[9], *monachum Hamerslebensem, Gestorum episcoporum Halberstadensium auctorem, [Ottonem Frisingensem, annalistam Palidensem, Chronici universalis Saxonici*[10] *et] Chronicae regiae Coloniensis scriptorem, Albertum Stadensem*[11], *Heinricum de Herrordia, Andream Ratisbonensem, Trithemium, nonnullos, qui vernacula lingua usi sunt*[12], *alios*[13].

1) *Rec. F. Kurze, SS. r. G. (*1889*) praefat. p. X.* 2) *Hist. Franc. SS. III, p.* 262—333. 3) *Non* 1833, *ut 'N. Archiv' IV, p.* 589. 4) *Cf. Val. Rose, 'Die lateinischen Meerman-Handschriften der Königl. Bibliothek zu Berlin' (*1892*) p.* 317 *sqq.* 5) *Cf. 'Archiv' VII, p.* 385. *Quae ex Widukindo hausta sunt, occupant codicis fol.* 129. 129', *editionis Duchesnianae p.* 331—333. 6) *Cf. H. Bresslau, 'N. Archiv' XXI, p.* 197 *sqq.* 7) *Nimis fere copiose egit de hac re A. Wetzel, 'Die Translatio S. Alexandri' (Kiel* 1881*) p.* 69 *sqq.* 8) *SS. VI, p.* 174. 179. 9) *Cf. infra p.* 131, *n.* 1. 10) *'Deutsche Chroniken' II, p.* 20 *sq. Haec addidi. O. H.-E.* 11) *Cf. infra p.* 4, *n.* 7. 12) *Cf. 'Deutsche Chroniken' II, p.* 259. 13) *Ita historia:* Quomodo Saxones primo venerunt ad terram Saxoniae, *a Ludewig, Reliquiae manuscriptorum XII, p.* 154, *edita ex Frutolfi Chronico hausta est.*

Sigebertus Gemblacensis inter multa alia opera etiam Widukindi libris usus est[1], *sed brevi narrationi studens sermonem ubique fere mutavit, ut raro codicis ab eo adhibiti lectionem perspicere liceat. Infra p.* 84, *n.* c *cum C miro modo convenit. In Vita quoque Deoderici I. episcopi Mettensis uno quidem loco Widukindum adhibuit*[2].

Annalista Saxo cum Frutolfum tum Widukindum adhibuit, ea quidem ratione, ut Saxo nonnulla capita praebeat, quae Frutolfo desunt[3], *sed etiam de capitibus, quibus Frutolfus pendet ex Widukindo, ad ipsum auctorem reversus sit. Secutus est codicem B* 1 *et* 2 *simillimum, quem satis accurate expressit, ita ut saepius ad veram lectionem firmandam facere possit.*

Magdeburgensium quoque Annalium auctor in pugna Lechfeldensi describenda Widukindi librum exscripsit[4], *ni forte Annales Nienburgenses deperditi, quos descripsit, haec capita iam continuerint*[5]. *Lectiones, quas, quae in apparatum criticum reciperentur, non indignas duxi, cum B* 1 *fere conveniunt. Codicem unicum e bibliotheca regia Hannoverana*[6] *liberaliter huc transmissum contuli.*

In Vita Altmanni episcopi Pataviensis[7] *et textu quodam de Apocalypsi a.* 1243. *conscripto*[8] *nonnulla Widukindi capita adhibita esse monuit W. Wattenbach*[9].

*Chronographi Saxonici posterioris aevi plures fortasse Widukindum habuerunt, id quod de Gobelino Person (*1358—1421*) constat*[10], *sed integra verba nullus exscripsit ante Trithemium, qui quamvis plerumque Frutolfi Chronico usus sit, tamen electionem et coronationem Ottonis certe Widukindo duce narravit*[11], *quam plurima vero sua indole addidit.*

Theodericum de Niem in libello: Privilegia aut iura imperii circa investituras episcopatuum et abbatiarum

1) *Chronica, SS. VI, p.* 339. 340. 346—351. 2) *Infra p.* 38, *n.* g. h. 3) *I,* 36. *II,* 1. 10. 20. 23 *sqq.* 27. 28. 32. *III,* 52 *sqq.* 4) *SS. XVI, p.* 145 *sqq.* 5) *Cf. H. Herre, 'Ilsenburger Annalen als Quelle der Pöhlder Chronik' (Leipz.* 1890*) p.* 20. 6) *Nr.* 1105. *Cf. E. Bodemann, 'Die Handschriften der Königl. öffentl. Bibliothek zu Hannover'* (1867*) p.* 220. 7) *SS. XII, p.* 229. 8) *Scriptum super Apocalypsim cum imaginibus. Codex capituli metropol. Prag. (dictus Wenceslai doctoris) edit. a cap. metropol. (Pragae* 1873*) p.* 100, *col.* 2. 9) *'DGQ.' ed.* 6. *II, p.* 77. 254. 10) *Cf. Hagemann, 'Ueber die Quellen des Gobelinus' (Dissert. Hal.* 1874*) p.* 48. 49. *Qui loci quod in novissima editione a Maximiliano Iansen parata, 'Veröffentlichungen der Historischen Kommission für Westfalen'* 1900, *non omnes sunt recepti, facere non possum, quin vituperando moneam. Igitur priorem Meibomii editionem (Francof.* 1599*) hic illic adhibere debui.* 11) *Ann. Hirsaug. I, p.* 73. 74.

restituta a papis imperatoribus Romanis[1] *a.* 1414. *composito secutum esse nostrum statuit Lindner, 'Forschungen z. D. Gesch.' XXI, p.* 90[2].

Posterorum editorum praeter Martinum Frecht, quem 5 *supra memoravimus, nemo codice ullo deperdito usus esse videtur, sed omnes editionem principem recudi fecerunt, cuius menda hic illic ex A sive C tollere studuerunt.*

Frechtianam editionem codicis Dresdensis (A) ope Reinerum Reineccium emendasse iam diximus. Cuius editio 10 *inscribitur:* Annales Witichindi monachi Corbeiensis, familiae Benedictinae: editi de fide codicis manuscripti et e publicato exemplari alicubi aucti (Francof. ad Moenum ex officina And. Wecheli MDLXXVII), *fol. Eleganti vero studens sermoni auctoris verba etiam magis mutavit*[3], *alia* 15 *addidit*[4], *alia omisit, praeterea typorum errore librum valde maculavit; quare, nisi quibus locis liber A detritus erat aut aliter corruptus, eius rationem non habuimus.*

Tertiam editionem Henricus Meibomius senior paravit (Francof. MDCXXI. fol.) annotationibusque non contem- 20 *nendis illustravit, quam editionem nepos in Rerum Germanicarum tomo I (Helmstadii MDCLXXXVIII. fol.), p.* 621 —704. *repetivit*[5]. *Ille ope codicis manu scripti, non integri, sed alicubi mutilati, se editionem adornasse, plerumque vero Frechtianum exemplar secutum esse in praefatione testatur,* 25 *codicis vero nonnisi ter*[6] *mentionem fecit, ceterum modo Frechtum, modo Reineccium, nullo certo consilio ductus, secutus est, in notis quoque nonnisi Reineccii et Urspergensis (i. e. Frutolfi) lectiones cum Frechti editione comparavit. Quamvis igitur codicem, fortasse ipsum Dresdensem, eum* 30 *vidisse haud negarimus, nusquam tamen eo usum esse satis apparet. Editorum mendis nova accesserunt, sive typorum errore sive editoris incuria sive corrigendi audacia. Perpaucis tantum locis eius lectionem annotavimus.*

1) *Ed. Simon Schard, De iurisdictione imperiali (Basileae* 1566*)* 35 *p.* 785 *sqq.* 2) *Cf. iam Meibom. sen. p.* 40. *Codicem B* 1 *Theodericus vix adhibuit, cum infra p.* 106, *l.* 14. *recte praebeat* mille *(Schard p.* 820*), codex autem falso* militibus. 3) *E. gr.* quia *semper in* quod. 4) *Cf. infra p.* 94, *n.* o. 5) *Meibomii senioris affero paginas, iunioris, cuius liber magis vulgatus est, numeris paginarum* 40 *uncis inclusis.* 6) *P.* 41 *(*667*) ad I,* 8*: 'MS. Exemplaria vitiose legunt* Bracti', *id quod fortasse respicit ad B* 2. *P.* 49 *(*675*) ad locum illum de Hattonis perfidia (I,* 22, *p.* 29, *n.* a*) monet pro* nequius *legi* iniquius, *quod alius nullus suppeditat codex. I,* 35. *vero quaedam exemplaria habere* Rietni, *quaedam* Kiesni *dicit p.* 56 *(*682*); Reineccius* 45 *p.* 13. *ex cod. Dresdensi edidit* Rietni, Kietni *ibidem legi iam constat.*

Leibniz, SS. rerum Brunsvic. I, p. 70—75, *et Bouquet, 'Recueil des historiens des Gaules' VIII, p.* 217—219, *etiam Widukindi fragmenta receperunt, nullius codicis ope adiuti; ille vero, ut iam diximus, lectiones codicum A et C separatim vulgavit.* 5

Prima editio ad rationem criticam collatis omnibus codicibus, quos supra attuli, cura ac diligentia parata Georgii Waitz b. m. prodiit in Scriptorum tomo III, p. 408 —467, *Hannoverae* 1839. *Inde recusum est opus eodem anno et loco inter Scriptores rerum Germanicarum, breviata* 10 *praefatione, omissis apparatu critico et plurimis annotationibus; quae editio editore inscio*[1] *repetita est a.* 1866. *Tertiam paravit, codicibus A et C iterum collatis, multis emendatis atque additis, G. Waitz a.* 1882.

Versionem Germanicam primus publici iuris fecit 15 *C. S. Pollmächer sub titulo: 'Geschichte König Heinrich des Ersten und Kaiser Otto des Grossen nach den Annalen Wittekinds von Korbei mit historisch-geographischen Anmerkungen' (Dresd. et Lips.* 1790*); alteram a Reinholdo Schottin factam emendavit et praefatione notisque doctis* 20 *auxit W. Wattenbach b. m. in 'Geschichtschreiber der deutschen Vorzeit'* 1852, *quae iterum prodiit Lipsiae* 1882, *tertio* 1891. *in 'Geschichtschr. zweite Gesammtausgabe' vol. XXXIII*[2]. *Praestantissimos locos etiam Georgius Erler, 'Deutsche Geschichte in den Erzählungen Deutscher Ge-* 25 *schichtschreiber' II (Leipz.* 1883*), et Wilhelmus Gundlach, 'Heldenlieder der Deutschen Kaiserzeit' I (Innsbr.* 1894*) in linguam nostram verterunt.*

Hanc novam parantes editionem unum codicum semper sequi non potuimus: ubi C cum B 2 *concordat, hanc lectionem* 30 *fere ubique praetulimus, ita tamen, ut et consensus codicis A cum C non parvi aestimandus fuerit; B* 1 *denique lectionem praebet plerumque deteriorem. Opera eorum, qui Widukindum adhibuerunt, inprimis Frutolfi et Annalistae Saxonis, quamvis rarissimo sua auctoritate discrimen facerent, magis* 35 *idonea erant, quae hunc aut illum codicem accedendo firmarent. Errores et vitia plurium librorum auctori sive archetypo me attribuisse et in textum recepisse comprobabis*[3]*; unius vero menda ne Widukindo obtruderem, cavi. Ita quod saepe*

1) *Cf. 'N. Archiv' II, p.* 450. 2) *Haec tertia editio laudatur, ubicumque nihil aliud proferimus nisi solum nomen Wilhelmi Wattenbach.* 40
3) *Cf. supra p. X, n.* 5.

neque tamen semper C exhibet: urbs qui (ꝗ), *recipere nolui* [1],
fluvius quod *vero ex A et C scribendum esse duxi. In*
rebus orthographicis a priore editione rarissime digressus,
plerumque B 1 *et C secutus sum; ubique scripsi:* namque,
5 tamquam, umquam, aliquamdiu, dampno, condempnamus,
contempnimus, tempto, sumptus, promptus *etc.*, adm.,
adn., adp., adq., adt., inb., inm., inp., *exceptis verbis*
imperio *et* imperatore, obp., obt., subc. [2], subp., *quod in*
utroque codice plerumque, in B 1 *semper fere legitur; B* 1
10 *et C exhibent* indutiae, contio, convicia, deliciae, *ceterum*
vero in eiusmodi verbis inter se valde discordant neque sibi
ipsi semper constant; C: otium, pretium, nuntius, ne-
gotium, initium, audatia, tertius, vitium, palatium, *ubi*
B 1: ocium *etc.; hic etiam:* amicicia, spacium, hospicium,
15 sentencia, *econtra vero:* conditio, militia, *ubi C:* condicio,
milicia. *In hac varietate maxime C secutus sum et* ti
praetuli. Ubique fere ae *et* oe *scripsi, quamvis codices*
saepe e *pro* ae *et* oe *exhibeant;* pre *vero retinui;* ę *in*
verbis: pęne, ęlatus, ępiscopus, ęquus, varię *etc. ex C,*
20 ęquus, lęgatus, ęccles. *ex B* 1 *recipere nolui. De formis*
nominum propriorum plerumque C (et B 2*) secutus sum,*
quoniam A et B 1 *secundum morem suorum temporum has*
mutaverunt; sed quia librarii B 2 *quoque et C in nominum*
scribendorum ratione saepius variant atque tanto magis,
25 *quanto in scribendo progrediuntur, formam optimam vetu-*
stissimamque, quam codicibus et aliis testibus, praesertim
Annalibus Corbeiensibus comparatis, statui, in textu semper
repetivi, ubique fere igitur scripsi: Huga, Evurhardus,
Isilberhtus, Wichmannus, Sigifridus *etc. Numeros in-*
30 *venies scriptos, sicut leguntur in codicibus, litteris Romanis*
expressi aut verbis [3]. *Etiam distinctionem codicum, quoad*
fieri potuit, et maxime litteras maiusculas in sententiarum
initiis scriptas retinui. Ubi ex uno libro scripto textus
hauriendus erat, ex. gr. I, 22. *et in indicibus, ad litteram*
35 *talem dedi, qualem praebet codex, cuius nihil nisi menda*
manifesta correxi.

In annotationibus adiciendis id maxime consilii egi,
ut auctoris fontes afferrem, errores corrigerem, quae tacuerit,
ostenderem, locos obscuriores explanarem, res geographicas et
40 *chronologicas illustrarem. Multa collegi de sermone Widu-*

1) *P.* 71, *l.* 6. ad prefectos urbium, qui *cum B* 1. 2. *C scripsi, cum A et Frut.* que *praebeant. Sed ad* prefectos, *non ad* urbium *verbum* qui *trahas.* 2) *Sed* occubuit. 3) *Ex. gr. p.* 84.

kindi, de veteribus auctoribus, quos ille imitatus esse videbatur, de locis Vulgatae ab eo usurpatis. Libros recentiores, quibus quae Widukindus narravit uberius fusiusque disseruntur, sedulo consului suoque quemque loco laudavi. Reliquos fontes historiae illius temporis raro allegavi, sed satius 5 *duxi remittere lectores ad annales Waitzianos et Dümmlerianos et ad Regesta Imperii II, quae Emilius ab Ottenthal summo studio nuper confecit. Recepi porro annotationes quasdam a Wilhelmo Wattenbach versioni Germanicae iam dictae adscriptas; nec sine magno fructu erat mihi exemplum* 10 *quoddam prioris editionis, quod E. Dümmler b. m. laboriosa versaverat manu multisque correctionibus notisque marginalibus adornaverat.*

3. *De origine gentis Swevorum.*

Ad huius libelli, quem Widukindi libro subiunximus, 15 *textum parandum haec praesto fuere subsidia:*

A) Codex Palatinus nr. 1357. *bibliothecae Vaticanae, membranaceus, fol.* 152′—153′, *saec. XIII. Quem librum, postquam Karolus Pertz, De cosmographia Ethici (Dissert. Berolin.* 1853*) p.* 37 *sq., eius mentionem fecit,* 20 *L. Bethmann, 'Archiv' XII, p.* 352—354, *accurate descripsit. Deinde E. Dümmler b. m., cum speraret se accepturum opus adhuc ignotum neque typis expressum, per manus V. docti Reimer libelli ipsius exemplar describendum curavit, quo nisus K. Müllenhoff, 'Zeitschrift für Deutsches Alterthum'* 25 *XVII (*1873*), p.* 57—62, *illum edidit. Illud autem exemplar mendis minime caruit, ut, cum V. Cl. Aloysius Schulte, tunc temporis instituti historici Borussici in urbe Roma praeses, in nostros usus codicem Palatinum benivole exscriberet, multa emendaverit; pauca quae dubia reman-* 30 *serunt me petente postea solverunt instituto adiuncti Viri d. Schellhass et Salzer.*

B) Codex Parisinus bibl. publicae nr. 4895 *A, membranaceus* 4⁰, 162 *foliorum, quae in binas columnas divisa sunt, saec. XIV. Qui liber inter alia continet Goti-* 35 *fredi Viterbiensis Pantheon (editionis primae)* [1] *et Ottonis Frisingensis Continuationem S. Blasii* [2]*; opusculum, de quo agimus, legitur fol.* 123. 124; *cf. Catalogus codd. manuscr. bibl. regiae IV (Parisiis* 1744*), p.* 15; *G. H. Pertz, 'Archiv' VII, p.* 51; *G. Waitz, 'Archiv' XI, p.* 332. *Huius* 40

1) *Cf. SS. XXII, p.* 16 *sq.* 2) *SS. XX, p.* 303.

codicis variam lectionem quasi additamentum editionis Müllenhoffianae typis dedit E. Dümmler[1] *b. m. secundum exemplar pro Monumentis Germaniae confectum. Quod cum in collectionibus nostris non iam repperiri posset, optime de editione nostra meriti sunt Viri Cl. A. Vidier bibliothecae Parisinae custos, qui novam instituit collationem, et I. Schwalm socius, qui ipsas plagulas impressas cum codice denuo contulit*[2].

G) Primam editionem paravit M. H. Goldast, Scriptores rerum Suevicarum (Francof. 1604. 8⁰*) p.* 15—20, *quae iterum prodiit Ulmae* 1727. 4⁰. *p.* 1—3, *secundum exemplum libri bibliothecae principis electoris Friderici IV, quod Marquardo Freher consiliario palatino se debere ipse in praefatione profitetur. Ac primo quidem K. Müllenhoff*[3] *putaverat codicem, quem Freher adhibuerit, ipsum fuisse palatinum, de quo supra egimus; sed cum E. Dümmler codicis B publici iuris fecisset variam lectionem, assensum praebuit V. Cl. Eliae Steinmeyer*[4], *qui animadverterat Goldastum non ex A hunc libellum edidisse, sed potius ex tertio nondum invento codice bibliothecae palatinae, qui affinitate quadam et cum A et cum B coniungeretur. Neque tamen huius rei certum habemus argumentum, quoniam Goldast sine dubio saepissime lectionem codicis immutavit; cum autem nonnullis locis, veluti in inscriptione, ad codicem B accedat propius quam ad A, fieri potuisse negari nequit, ut ille tertio codice usus sit; qua de causa vel dubiis locis lectionem eius adnotavi.*

Omnia tria exemplaria ex eodem libro originem traxisse videntur, quem erroribus caruisse vix putaverim; nonnulla autem vitia auctori certe attribuere licet, qui non ampla erat praeditus scientia litterarum, cum non semel scripserit castra metasse *et similia. Quae in contextu verborum certa ratione emendari poterant, correximus; ad locos dubios coniecturas probabiles in annotatione proposuimus. In rebus orthographicis et distinguendis sententiis codicem A vetustissimum fere secutus sum; paragraphos, quales instituit bono iudicio K. Müllenhoff, etsi non inveniuntur in libris scriptis, retinui.*

De aetate opusculi pauca dicenda sunt. Scriptum est ante saeculum XIII, quo confectus est codex A, quem

1) *'Zeitschrift für D. Alt.' XIX, p.* 130 *sqq.* 2) *Codicem Parisinum nihil facere ad textum emendandum affirmavit nimis severe Müllenhoff, 'Zeitschrift f. D. Alt.' XIX, p.* 132. 3) *l. l. XVII, p.* 63. 4) *l. l. XIX, p.* 132.

saeculo XIII. medio attribuere volebat L. Bethmann, et post Frutolfi chronicon saec. XII. ineunte absolutum, ex quo receptae esse videntur illae narrationes fabulosae, quae iam occurrunt apud Widukindum[1]. *Cui termino conveniunt alia minoris momenti, quae attulit K. Müllenhoff, 'Zeitschr. f. D. Alt.' XVII, p.* 64, *quibus accedit, quod totius fere libelli sermo sillabis articulos orationis claudentibus consonis ornatus est.*

Fabula quamquam sine dubio orta est ex Suavia septentrionali — inter Suavos Transbadanos, quorum mentionem facit Widukindus I, 14 —, *cum incolae Alamanniae praesertim in cap.* 10. *minoris aestimentur, tamen auctorem fuisse Alamannum aut Franconem aut Bawarum ex formis nominum et aliis recte coniecit K. Müllenhoff l. l. p.* 68. 69.

Narrationem, ut fabulosam, hic illic obscuriorem commentario instruere nostrum non fuit. Multa suppeditavit K. Müllenhoff, ad cuius libellum doctum et acutum lectores remisi[2].

Adiutorii a multis in tomello hoc parando mihi praestiti grato animo iam recordatus sum. His accedunt Edwardus Schröder professor Gottingensis, qui in formis nominum propriorum Germanicis recte instituendis benigne me edocuit, Karolus Zeumer V. Cl., Albertus Werminghoff amicus carissimus, Paulus de Winterfeld, Fedorus Schneider, Marius Krammer, socii, qui me quaerentem utilia docuerunt. Inter omnes excellit Oswaldus Holder-Egger, qui plagulas omnes summo studio mecum correxit ac semper consilio atque opera mihi adfuit. Quibus omnibus ex animi sententia gratias ago.

Dabam in villa Elend prope Schierke in Hercynia silva a. d. X. Kalendas Octobres a. MDCCCCIII.

KAROLUS ANDREAS KEHR.

Editorem huius tomelli Karolum A. Kehr, iuvenem viginti quinque annorum, immature die IV. ante Nonas Novembres anni 1903. *iam mortuum lugemus. Qui omnes*

1) *Cf. infra p.* 131, *n.* 1. 2) *'Zeitschr. f. D. Alt.' XVII, p.* 62—71. *XIX, p.* 132. *Addidisse iuvat etiam carmen de Annone XIX, v.* 281—289, *'Deutsche Chroniken' I, p.* 121, *similia narrare de Suavis. Cf. Grimm, 'Deutsche Sagen' ed.* 3. *II, p.* 45.

plagulas libellorum editorum et praefationis priorem (p. I—XVI) indicemque nominum propriorum ab ipso conscriptum perlegerat atque correxerat. In altera parte praefationis quaedam addidi vel adnotavi siglis nominis mei adpositis. 5 *Indicem rerum ac verborum Edmundus Stengel socius adiunxit.*

Berolini Nonis Martiis anni MCCCCIIII.

O. HOLDER-EGGER.

[AD[a] DOMINAM MATHILDAM[b] IMPERATORIS FILIAM LIBRI PRIMI INCIPIT PREPHATIO].

SS. III, p. 416.

Flore virginali cum maiestate imperiali ac sapientia singulari fulgenti dominae Mahthildi[c] ultimus servulorum 5 Christi martyrum[d] Stephani atque Viti, Corbeius[e] Widukindus[f], totius servitutis devotissimum[g] famulatum veramque in salvatore[h] salutem. Quamvis te paternae potentiae[i] gloria singularis magnificet ac clarissima decoret sapientia, nostra tamen humilitas presumit de 10 proxima sceptris semper[k] clementia, quia nostra devotio a tua pietate suscipiatur, etiam si non mereatur. Nam cum nostro labore patris potentissimi avique tui gloriosissimi res gestas memoriae traditas legeris, habes, unde ex optima et gloriosissima melior gloriosiorque efficiaris. 15 Nec tamen omnia eorum gesta nos posse comprehendere fatemur, sed strictim[1] et per partes scribimus, ut sermo sit legentibus planus, non fastidiosus. Sed et de origine statuque gentis, in qua ipse rerum dominus[2] Heinricus[l] primus regnavit, pauca[m] scribere curavi, ut ea legendo 20 animum oblectes, curas releves, pulchro otio vaces. Legat igitur tua claritas istum libellum ea pietate nostri memor, qua est conscriptus devotione. Vale[n].

[EXPLICIT[o] PREPHATIO].

a) *sic C; desunt haec A et B* 1; AD MATHILDAM REGINAM VVITICHINDI PRAE- 25 FATIO *B* 2. b) *sic B* 2. *C.* c) *sic B* 1; mahtilde *A;* Mathildae *B* 2; mathildę *C;* Mahthildis *nomen reginae etiam in Ann. Corbei. a.* 967, *SS. III, p.* 4, *et plerumque in diplomatibus Heinrici et Ottonis I. scribitur. Cf. Waitz, 'Jahrb. Heinrichs I.' ed.* 3 *(*1885*), p.* 17. d) *sic A. B* 2 *semper; C hic et plerumque, alibi* martir. e) Chorbeius *B* 2. f) vuidukind *C;* v. *A;* V. *B* 2; vidikindus *B* 1. *De forma nominis cf. praefat.* g) deuo- 30 tissimus *C.* h) salua||tore *B* 2, *signo coniunctionis in fine lineae hic et saepius omisso.* i) sapientie *A.* k) clem. semper *B* 1, *signis superscriptis corr.* semper clem. l) *sic A. B* 1. *C;* Henricus (Hēricus) *B* 2 *semper; om. Meibom.* m) paucos *C.* n) Val. *A; om. C.* o) *hoc solus C.*

1) *Cf. praefat. Similiter Sallust. Catilina c.* 4: statui res gestas populi 35 Romani carptim, ut quaeque memoria digna videbantur, perscribere, *ubi nonnulli codd.* strictim. *Köpke, 'Widukind' p.* 49. 2) *Eadem verba infra I,* 39. *II,* 1. 31. *de Heinrico, II,* 36. *de Ottone.*

*[INCIPIUNT[a] CAPITULA. *p. 417.

a) *capitum indicem solus praebet C; cf. praefat.* b) Thradricus *C.* c) *sic C.* d) Irring. *C.* e) thadricum *C.* f) Thadricus *C.* g) XIII. *corr.* XIIII. *C,* I *superscr.* h) det *C.* i) hinrico *C.* k) euuthardo *C.* l) Euuhardus *C.*

EXPLICIUNT CAPITULA[f]].

INCIPIT[g] LIBER PRIMUS RERUM[h] GESTARUM SAXONICARUM.

I.[i] Post operum nostrorum primordia, quibus summi imperatoris militum triumphos declaravi[1], nemo me[k] miretur principum nostrorum res gestas litteris velle commendare; quia in illo opere professioni meae, ut potui, quod debui exolvi[l], modo generis gentisque meae devotioni, ut queo, elaborare non effugio.

II.[m] Et primum quidem de origine statuque gentis pauca expediam, solam pene famam sequens in hac parte,

a) regnus *C.* b) *sic C.* c) captiua *C.* d) *sequitur locus rasus C.* e) Quomo *C.* f) Cap̄ *C.* g) *sic A (minio) et C;* VVITICHINDI MONACHI BENEDICTINI DE REBUS GESTIS SAXOnum, ac OTTONIS aliorumque succedentium Imperatorum *(hucusque sine dubio additamentum editoris Frecht)*, liber primus *B* 2; *deest B* 1. h) rerum *om. spatio vacante A.* i) *capitum distinctionem ac numeros solus praebet C.* k) me *om. B* 1. l) exsolui *A.* m) II. *C postea, sed indicem secutus iam hic posui et numeros sequentes usque octavum emendavi.*

1) *Cf. praefat.*

nimia vetustate omnem fere certitudinem obscurante. Nam super hac re varia opinio est, aliis arbitrantibus de Danis Northmannisque[a, 1] originem *duxisse Saxones, aliis autem aestimantibus, ut ipse adolescentulus audivi quendam predicantem, de Graecis[2], quia ipsi dicerent Saxones reliquias fuisse Macedonici exercitus, qui secutus Magnum Alexandrum inmatura morte ipsius per totum orbem sit dispersus[3]. Ceterum gentem antiquam et nobilem fuisse non ambigitur; de quibus et in contione Agrippae[b] ad Iudaeos in Iosepho[c] oratio[d] contexitur[4], et Lucani poetae sententia probatur[5].

*p. 418.

III.[e] Pro certo autem novimus Saxones his regionibus navibus advectos[6] et loco primum applicuisse qui usque hodie nuncupatur[f] Hadolaun[g, 7].

a) nortmannisque *A. B 2. Frutolf.* b) *nonnulla rasa videntur in hoc et sequentibus verbis A.* c) ioseppo *C.* d) oratio *om. A.* e) II. *C; cf. supra p. 3, n. m.* f) uocatur uel nuncupatur *B 1.* g) *sic et Gobelinus Person;* hadolam *C.*

1) *Cf. Hraban. De inventione linguarum, Migne, Patrol. Lat. CXII, col.* 1581: a quibus *(scil. Nordmannis)* originem, qui Theodiscam loquuntur linguam, trahunt. *Ermold. In honorem Hludowici IV, v.* 18, *Poetae Carol. II, p.* 59: Unde genus Francis adfore fama refert. 2) *Cf. infra c.* 12. 3) *Cf. Otfrid. I,* 1, *v.* 87—92*; Vita Altmanni c.* 1, *SS. XII, p.* 229, *et saepe in fontibus posterioribus (Meibom. p.* 39 *sq. [666]; SS. XVI, p.* 311*).* 4) *Locus Iosephi extat lib. II, c.* 16. *de bello Iudaico, ubi tamen non Saxonum fit mentio, sed in genere de Germanis dicitur. MEIBOM. Hegesippum in Hist. belli Iudaici Iosephum de Saxonibus perorantem inducere alii annotarunt; sed in edito libro II,* 9. *etiam* Germani *leguntur. Cf. Köpke p.* 48 *sq. Wattenbach, 'Geschichtschreiber der deutschen Vorzeit' ed.* 2. *XXXIII, p.* 7, *n.* 1, *proponit Hegesippi V,* 15 *(ed. Weber et Caesar p.* 299*)*: tremit Saxonia inaccessa paludibus . . . validissimum genus hominum perhibetur et praestans ceteris; *quod vero non Agrippa, sed Iosephus ipse dicit.* 5) *Apud Lucan. Phars. I, v.* 423. *antea legebatur:* et Biturix longisque leves Saxones in armis; *iam vero optimorum codicum fide confirmata:* Suessones. *Vide novam editionem criticam Caroli Hosii (Lips.* 1892*) p.* 18. 6) *Cf. Ruodolfi Transl. S. Alexandri, SS. II, p.* 674, *qui addit ab Anglis Britanniae incolis egressos esse Saxones; id quod noster minime innuere videtur. Cf. Lappenberg, 'Geschichte von England' I, p.* 87. 7) *Cf. Transl. Alex. l. l.:* in loco qui vocatur Haduloha; *Ann. Quedlinburg., SS. III, p.* 32: in loco Hadalaon dicto; *Ann. Stad., SS. XVI, p.* 311: in loco Hathuloga, qui nunc urbanius dicitur Hatheleria, *ex quibus haec repetita in libro maioris ecclesiae Bremensis saec. XVI, Sudendorf, 'UB. von Braunschweig und Lüneburg' III, p.* 270—272, *n. Alios locos affert Meibom. p.* 40 *(*667*). — In Haduloha (Hadeln meridiem versus ab ostio Albis fluminis) nunquam Thuringos sedisse satis constat.*

IIII.[a] Incolis vero adventum eorum graviter ferentibus, qui Thuringi traduntur[b] fuisse, arma contra eos movent; Saxonibus vero acriter resistentibus portum obtinent. Diu deinde inter se dimicantibus et multis hinc inde cadentibus, placuit utrisque de[c] pace tractare, foedus inire. Actumque[d] est foedus eo pacto, quo haberent Saxones vendendi emendique copiam, ceterum ab agris, a caede hominum atque rapina abstinerent. Stetitque illud[e] foedus inviolabiliter multis diebus. Cumque Saxonibus defecisset pecunia, quid venderent aut emerent non habentibus, inutilem sibi pacem esse arbitrabantur[f].

V.[g] Ea igitur tempestate contigit adolescentem[h] quendam egredi de navibus oneratum multo[i] auro, torque aurea simulque armillis aureis. Cui obvius quidam Thuringorum: 'Quid sibi vult', inquit[k], 'tam ingens aurum circa tuum famelicum collum[1]?' 'Emptorem', inquit, 'quaero; ad nichil aliud istud aurum gero[l][2]. Qui enim fame periclitor, quo auro delecter[m]?' At ille qualitatem quantitatemque pretii rogat. 'Nullum', inquit, 'michi est[n]', Saxo, 'discrimen in pretio: quicquid dabis gratum teneo'. Ille vero[o] subridens adolescentem: 'Quid si' inquit, 'de isto[p] pulvere sinum[q] tibi inpleo?' Erat enim in presenti loco egesta humus plurima. Saxo nichil cunctatus aperit sinum et accipit[r] humum, ilicoque Thuringo tradidit[s] aurum. Laetus uterque ad suos repedat. Thuringi Thuringum laudibus ad caelum tollunt[3], qui nobili fraude Saxonem deceperit, fortunatumque eum inter omnes mortales[t] fuisse, qui vili pretio tam ingens aurum possederit. Ceterum certi[u] de victoria, de Saxonibus iam quasi triumphabant. Interea Saxo privatus auro, oneratus vero multa humo, appropiat navibus. Sociis igitur ei occurrentibus et quid ageret admiranti-

a) III. *C.* b) fuisse trad. *B* 1. *Frut.* c) d (e *detrit.*) *A.* d) *sic B* 1. *C;* ictumque *B* 2; Initumque *A. Frut.* e) illud *om. C.* f) arbit'ntur *A;* arbitrantur *B* 2. g) IIII. *C.* h) adolescentulum *B* 1. i) auro multo *B* 1. k) sibi inquit uult *A.* l) fero *B* 1. m) delector *e corr. C.* n) saxo michi est *B* 1. *Frut.* o) vero *om. C.* p) histo *corr.* isto *C.* q) tibi sinum *B* 1. r) accepit *B* 2. s) tradit *C.* t) mortales *post add. C.* u) ceteri *A.*

1) *Iuvenal. Sat. XIV, v.* 146: lassoque famelica collo. *Ioh. Rothe, 'Düringische Chronik' ed. R. de Liliencron p.* 106. *convertit:* Was ſsal das silber dir an deynem hungerigen buche gehengit? 2) *Nota similes verborum exitus:* aurum — collum; quaero — gero *etc. Haec ex carmine Saxonico sumpta esse verisimile est.* 3) *Cf. Sallust. Catil. c.* 48: Ciceronem ad caelum tollere.

bus, alii eum irridere coeperunt amicorum[a], alii arguere, omnes pariter amentem eum crediderunt. At ille postulato silentio: 'Sequimini', inquit[b], 'me, optimi Saxones[1], et meam vobis amentiam probabitis utilem'. At illi, licet dubii, sequuntur[c] tamen ducem. Ille autem sumpta humo per vicinos agros quam potuit subtiliter sparsit et castrorum loca occupavit[2].

VI.[d] Ut autem viderunt[e] Thuringi castra Saxonum, intolerabilis res eis visa est[f]. Et missis legatis conquesti sunt de rupto foedere ac violato pacto ex parte Saxonum. Saxones respondent se hactenus[g] foedus inviolabiliter servasse: terram proprio auro comparatam cum pace velle obtinere aut certe[3] armis defendere. His auditis incolae iam maledicebant aurum Saxonicum, et quem paulo ante felicem esse[h] predicabant, auctorem perditionis suae[i] suaeque regionis fatentur. Ira deinde accensi caeco marte[4] sine ordine et sine consilio irruunt in castra. Saxones vero parati hostes excipiunt sternuntque. Et rebus prospere gestis proxima circumcirca[k] loca iure belli obtinent. Diu itaque *crebroque cum ab alterutris pugnatum foret, et Thuringi Saxones sibi superiores fore pensarent, per internuntios postulant utrosque inermes convenire et de pace iterum tractare condicto loco dieque. Saxones postulatis se obedire[l] respondent. Erat autem[m] illis diebus Saxonibus magnorum cultellorum usus, quibus usque hodie Angli utuntur, morem gentis antiquae[n] sectantes. Quibus armati Saxones sub sagis suis procedunt castris occurruntque Thuringis condicto loco. Cumque viderent hostes inermes et omnes principes Thuringorum adesse, tempus rati totius regionis obtinendae, cultellis abstractis[o] super inermes et inprovisos irruunt et omnes fundunt, ita ut ne unus quidem ex eis superfuerit. Saxones clari existere et nimium terrorem vicinis gentibus incutere coeperunt.

*p. 419.

a) coeperunt, amicorum alii *distinguit B* 2. b) me inquit *Frut.* c) secuntur *A semper.* d) V. *C.* e) uidere *B 2, et similiter saepius.* f) uisa est eis *B* 1; intollerabilis uisa est eis res *Frut.* g) actenus *A semper.* h) predic. esse *B* 1; esse *om. Frut.* i) suae *om. B* 2. — suae atque reg. *Frut.* k) circum circa *duabus vocibus A. B* 2. *C.* l) *sic A. B* 1. 2; obędire *C.* m) autem *om. B* 2. n) antiq; *C.* o) extractis *B* 1.

1) *Cf. infra p.* 8, *l.* 1: Optimi Saxones; *p.* 16, *l.* 13: inter optimos Saxones. 2) *J. Grimm, 'Deutsche Rechtsalterthümer' ed.* 4. *I, p.* 124—127. *nonnullas similes fabulas collegit, quibus Wattenbach addit Anonymi regis Belae notarii c.* 14. 16. 38. 3) *Cf. infra p.* 13, *l.* 24: vincere velle aut certe vivere nolle. 4) *Vergil. Aen. II, v.* 335: et caeco Marte resistunt.

VII.[a] Fuerunt autem et qui hoc facinore nomen illis inditum tradant[b]. Cultelli enim nostra lingua 'sahs' dicuntur, ideoque Saxones nuncupatos, quia cultellis tantam multitudinem fudissent[1].

5 VIII.[c] Dum ea geruntur[d. 2] apud Saxoniam[e] quae ita modo vocitatur regionem, Brittannia[f] a Vespasiano principe iam olim inter provincias redacta et sub clientela Romanorum multo tempore utiliter degens a vicinis nationibus inpugnatur, eo quod auxilio Romanorum 10 destituta videretur. Populus namque Romanus, Martiali[3] imperatore a militibus interfecto, externis bellis graviter fatigatus non sufficiebat solita auxilia administrare amicis. Extructo tamen ingenti opere ad munimen regionis inter confinia a mari usque ad mare[4], ubi in-15 petus hostium videbatur fore, relinquebant regionem Romani. Sed hosti acriori et ad bellandum prompto, ubi gens mollis et pigra belli resistit, nulla difficultas in destruendo opere fuit. Igitur fama prodente de rebus a Saxonibus prospere gestis, supplicem mittunt 20 legationem ad eorum postulanda auxilia[5]. Et proce-

a) VI. *C.* b) tradant *om. A.* c) VII. *C.* d) que *add. B* 1. e) saxonicam *B* 1. f) Britannia *B* 2 *semper.*

1) *Cf. Nennii Hist. Britton. c.* 46, *Auct. ant. XIII, p.* 189, *et simillime Ann. Stad., SS. XVI, p.* 311, *ubi Saxones a Thuringis dolo oppressi* 25 *exclamant:* 'Nemeth iuwe saxes!' Unde ab eodem instrumento sunt Saxones appellati. *Vita Altm. c.* 1, *SS. XII, p.* 229: qui *(scil. cultelli)* lingua eorum sahs dicebantur, a quibus Sahsônes, non Saxones appellantur. *Gotifredus Viterb. in Pantheon, SS. XXII, p.* 148:

Ipse brevis gladius aput illos saxo vocatur,
30 Unde sibi Saxo nomen peperisse notatur.

Talibus cultellis Saxones in picturis Speculi Saxonum quod dicitur a Slavis internoscuntur. Fuse de hoc usu egit etiam Gobelin. ed. Jansen p. 6 *sq., et saec. XVII. ex. Schaten, Hist. Westfal. (Neuhusii* 1690*) p.* 177: Usus, *inquit,* huius vocis hodiedum in Saterlandia obtinet apud 35 incolas prisci sermonis retinentissimos, apud quos, ut coram audivi loquentes, Sachs cultrum sonat. 2) *His verbis utitur Widukindus non ad rerum ordinem perspicue describendum, sed ut Bedae Hist. eccl. gentis Angl. I, c.* 14 *sqq. quamvis parum accurate excerpta inducat. At Ruodolfus Fuld. quae de societate cum Francis inita tradit, aptissime* 40 *coniungit eis quae de appulsu Saxonum praefert.* 3) *Marciano potius, qui tamen sua morte defunctus est. Cf. Beda I, c.* 15*; Ann. Quedlinburg., SS. III, p.* 31. *Widukindum de Marco imperatore in Britannia electo, paulo post interfecto (Zosimus VI,* 2, *ed. L. Mendelssohn p.* 282*) cogitasse vix putarim.* 4) *Cf. Beda I, c.* 5: Severus magnam fossam firmissi-45 mumque vallum . . a mari ad mare duxit. 5) *Legationem missam esse etiam Beda I, c.* 14. *tradit; hanc vero orationem noster solus exhibet.*

dentes legati: 'Optimi', inquiunt, 'Saxones, miseri Bretti[a] crebris hostium incursionibus fatigati et admodum contriti, auditis victoriis a vobis magnifice patratis, miserunt nos ad vos, supplicantes, ut ab eis vestra[b] auxilia non subtrahatis. Terram latam et spatiosam et omnium rerum copia refertam vestrae mandant ditioni parere. Sub Romanorum hactenus clientela ac tutela liberaliter viximus; post Romanos vobis meliores ignoramus, ideo sub vestrae virtutis alas fugere quaerimus. Vestra virtute, vestris armis hostibus tantum superiores inveniamur, et quicquid inponitis servitii, libenter sustinemus'. Patres[1] ad haec pauca respondent: 'Certos amicos Brettis[c] Saxones sciatis et eorum necessitatibus atque commodis aeque semper affuturos'. Legati laeti redierunt[d] in patriam, exoptato nuntio socios laetiores reddentes. Deinde promissus[e] in Brittaniam[f] mittitur exercitus, et gratanter ab amicis susceptus, in brevi liberat regionem a latronibus, restituens patriam incolis. Neque enim in id agendo multum laboris fuit, quippe qui iam olim audita fama Saxonum perculsi terrebantur, dummodo[g] presentia eorum procul pelluntur[2]. Erant enim hae gentes Brettis adversae Scotti[h] et Pehtti, adversus quos militantes Saxones accipiebant a Brettis omnia ad usum necessaria. Manserunt itaque in illa regione aliquanto tempore, vicaria Brettorum bene usi amicitia. Ut autem viderunt principes exercitus terram latam ac fertilem et incolarum manus ad bellandum pigras, se vero ac maximam partem Saxonum sine certis sedibus[3], mittunt[i] ad revocandum[4] maiorem exercitum, et pace facta cum Scottis[k] et Pehttis[5], in commune contra Brettos consurgunt eosque regione propellunt,

a) britti *A, postea vero* bretti; Bracti *B* 2 *semper, cf. Meibom. p.* 41 *(667): 'MS. Exemplaria vitiose legunt* Bracti'. b) auxilia uestra *B* 1. c) *sic hoc loco etiam A, et postea semper.* d) in patriam red. *A.* e) promissis *prima manu corr.* promissus (promissis) *C.* f) *sic A. C;* brittanniam *B* 1; Britanniam *B* 2. g) dum modo *A.* h) *sic A;* scoti et pehiti *B* 1; Scoti, Pehiti *B* 2; scothi et pecti (= pehcti?) *C; cf. n.* k. i) ad reuocandum mai. exerc. mittunt *B* 1. k) scottis et peht-||tis *A;* scottis *(alterum* t *post superscr.)* et pehitis *B* 1; scottis et pehtis *hoc loco C;* pace cum Scotis et Pehitis firmata *B* 2.

1) *Secundum Romanorum linguae consuetudinem. Wattenbach interpretari suadet 'Die Elterleute'.* 2) *Cf. de hoc loco Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' III, p.* 314. 3) *Sallust. Catil. c.* 6: sedibus incertis vagabantur. 4) *Cf. infra III,* 54: totum exercitum revocavit. 5) *Beda I, c.* 15: inito ad tempus foedere cum Pictis. *Cf. Lappenberg, 'Gesch. von England' I, p.* 70, *n.* 4.

*p. 420. suae ditioni regionem distribuunt; et quia illa *insula in angulo quodam maris sita est, Anglisaxones usque hodie vocitantur[1]. De quibus omnibus si quis plenius scire voluerit, historiam[a] gentis eiusdem legat[2], et ibi[b] 5 inveniet, quomodo aut sub quibus ducibus haec omnia acta sint, vel qualiter ad Christianitatis nomen per virum suis temporibus sanctissimum, papam videlicet Gregorium, pervenerint[3]. Nos vero coeptam historiae[a] viam recurramus[c].

10 VIIII.[d] Post haec[4] moritur Huga[e. 5] rex Francorum, nullumque alium heredem regni relinquens preter unicam filiam nomine Amalbergam, quae nupserat Irminfrido[f. 6] regi Thuringorum. Populus autem Francorum a seniore suo humane clementerque tractatus, pro gra-15 tiarum actione rependenda filium quem ex concubina genuit nomine Thiadricum[g] ungunt[h] sibi in regem[7]. Thiadricus autem designatus rex mittere curavit legationem ad Irminfridum[i] pro pace atque[k] concordia. Et ingressus legatus ad Irminfridum[i]: 'Mortalium', inquit, 20 'optimus maximus[8], dominus meus Thiadricus misit me

a) hyst. *A. C.* b) ibi *om. B* 2. c) recurramus *manu recentiore, ut apparet, corrupt.* decurramus *A.* d) VIII. *C; cf. supra p.* 3, *n.* m. e) *sic B* 2. *C;* hugo *A. B* 1. *Cf. praefat.* f) *sic postea etiam Frut.;* Erminfrido *B* 2 *semper; C interdum* yrminfrid., *sed hoc loco* irminfrido. g) *sic C et postea Falke (p.* 416*);* thiedericum *B* 1 *semper;* 25 Thiaderic. *B* 2 *plerumque;* theoderic. (theod'ic.) *A et Frut. semper.* h) ungent *B* 2. i) yrminfridum *C.* k) et *Frut.*

1) *Beda I, c.* 15: Porro de Anglis, hoc est de illa patria, quae Angulus dicitur et ab eo tempore usque hodie manere desertus inter provincias Iutarum et Saxonum perhibetur, . . . Anglorum populi 30 sunt orti; *Iordanis Getica c. II,* 10, *Auct. ant. V,* 1, *p.* 56: Brittania insula, que in sino Oceani inter Spanias, Gallias et Germaniam sita est. *Mirum est Widukindum veram nominis originem effugisse.* 2) *Quin Beda Hist. eccl. gentis Angl. indicaverit, non dubito, ubi etiam Saxonum gesta et conversio (I, c.* 23*) narrantur.* 3) *Cf. Beda I, c.* 23. 35 4) *Cf. supra p.* 7, *n.* 2. 5) *Potius Chlodovechus (a.* 511*), qui tamen quatuor filios reliquit. Quorum natu maximus in Ann. Quedl., SS. III, p.* 31, Hugo Theodoricus *dicitur, et additur:* H. Th., id est Francus, quia olim omnes Franci Hugones vocabantur a suo quodam duce Hugone. 6) *Cf. Gregor. Turon. III, c.* 4, *SS. rerum Merov. I,* 40 *p.* 111, *ubi dicitur* Hermenefredus. 7) *Haec omnia quam maxime a vero abhorrere neminem fugiet: Theudericus rex Francorum cum tribus fratribus patri Chlodovecho successit; ipsum e concubina natum fuisse etiam Gregor. Tur. II, c.* 28, *l. l. p.* 90, *et Ann. Quedl. tradunt. Amalberga autem, Irminfridi uxor, neptis fuit Theoderici Gothorum* 45 *regis. Iordan. c. LVIII,* 299, *l. l. p.* 135*; cf. Procop. I, c.* 12. 8) *Sueton. Caligula c.* 22: optimus maximus Caesar, *et ita infra saepius.*

ad te, exoptans te bene valere et lato magnoque diu imperio vigere, seque tibi non dominum, sed amicum, non imperatorem, sed propinquum, propinquitatisque iura inviolabiliter tibi finetenus velle servare demandat; tantum ut a populi Francorum concordia non discordes[1], rogat: ipsum[a] namque sibi regem sequuntur constitutum'. Ad haec Irminfridus[b], iuxta quod regalem decuit dignitatem, clementer legato[c] respondit placita sibi placere[d] populi Francorum, ab[e] eorum concordia non discordare[1], pace[f] omnimodis indigere; super negotio vero regni responsionem suam in amicorum presentiam velle differre. Virumque honorifice tractans fecit[g] eum secum aliquamdiu manere. Audiens autem regina legatum fratris supervenisse et locutum cum rege super negotio regni, suasit Iringo[h], ut pariter persuaderent viro, quia sibi regnum cessisset iure hereditario, utpote quae filia regis erat et filia reginae; Thiadricum vero suum[i] servum tamquam ex concubina natum, et ideo indecens fore proprio servo umquam manus dare[k. 2]. Erat autem Iring[l] vir audax, fortis manu[3], acer ingenio[4], acutus consilio, pertinax in agendis rebus, facilis ad suadendum quae vellet, hisque rebus animum sibi Irminfridi[b] connexerat[m]. Convocatis principibus[n] et necessariis amicis Irminfridus verba legati in presentiam eorum contulit. At illi unanimiter suadebant quae pacis atque[o] concordiae sunt eum sentire[p], quia inpetus Francorum ferre non posset, maxime qui acrioribus hostium armis ex alia parte premeretur. Iring[b] vero votis lascivae mulieris satisfaciens, suasit Irminfrido[b] Francis cedere non debere, super negotio regni iustiorem causam se habere, latum preterea imperium, militum[q] manus et arma ceterasque belli copias sibi ac Thiadrico parum procedere[5]. Secundum haec verba Irminfridus[b] respondit legato amicitiam quidem sui et[r] propinquitatem Thiadrico non negare, mirari tamen[s] non posse, quomodo usurpare vellet prius

a) ipsum — constitutum *om. C.* b) *sic hoc loco etiam C.* c) resp. leg. *B* 1. d) franc. pop. placere *B* 1. e) ad *C.* f) pacem *C.* g) facit *A.* h) Hiringo *B* 2. i) suum *om. B* 2. k) daret *A.* l) irring *C, alibi vero* iring; Hiringus *B* 2 *semper;* uir iring *A.* m) *sic A. B* 1; conexerat *C. Frut.;* connexuerat *B* 2. n) principibus *C.* o) et *B* 1. *Frut., sicut alibi.* p) consentire *B* 1. q) manus militum *B* 1. r) ac *B* 2. s) satis *add. Frut., cf. infra p.* 20, *n.* a; tamen non satis *Reineccius p.* 4.

1) *Ovid. Met. I, v.* 433: discors concordia. *Cf. infra prol. ad lib. III.* 2) *Eadem ratio p.* 11, *l.* 2 *sq. et infra III,* 69. 3) *Vergil. Aen. IX, v.* 592: fortemque manu. 4) *Ita Sallust. Iugurtha c.* 7. 5) *I. e. parum inter se differre; cf. infra II,* 10.

imperium quam libertatem; servum natum, et quomodo sui quaereret dominium[a]? proprio servo non posse manus dare. Legatus contra haec satis commotus: 'Mallem', inquit, 'hoc caput meum tibi tradere quam huiuscemodi verba a te[b] audire, sciens ea multo sanguine Francorum atque Thuringorum diluenda[c]'. Et haec dicens reversus est[d] ad Thiadricum; quae audivit non celat[e]. Thiadricus autem nimiam iram vultu celans[f] sereno: 'Oportet nos', inquit, 'ad servitium[g] Irminfridi[h] festinare, quatinus, qui libertate privamur, inani *saltem vita fruamur'. Et cum gravi exercitu appropians terminis Thuringorum invenit cum[i] valida quoque manu generum[1] suum se expectantem in loco qui dicitur Runibergun[k. 2]. Et commisso certamine pugnatum est ancipiti bello una die et secunda. Tertia vero die victus Irminfridus cessit Thiadrico et fugiens tandem se recepit cum reliquo comitatu in urbe[l] quae[m] dicitur Scithingi[n. 3], sita super fluvium[o] quod[p] dicitur Unstrod[q]. Thiadricus

*p. 421.

a) dn̄m (dominum) *C.* b) audire a te *C.* c) *sic A. B 2. Frut.;* deluenda *secunda manu corr.* dil. *B 1;* deluenda *C. Cf. infra III, 72:* ad hoc dedecus diluendum. d) est *deest A, qui tum post* theodericum *signo distinctionis caret.* e) *ante* cel. *rasa littera oblonga* (ſ?) *A.* f) *ante* cel. *littera rasa A;* sereno celans *B 1.* g) seruitutem *C.* h) *sic hoc loco etiam C.* i) quoque cum ualida *B 1.* k) *sic A. C;* runibergum *B 1;* Rumbergum *B 2;* runiberg *Frut.* l) urbem *B 2.* m) qui *C, hic et alibi.* n) *sic C;* schidingi *A;* schidingin *B 1, sed infra II,* 18 scitingi; Scithinge *B 2;* schidinga *Frut.;* Schidingen *Gobelin.* o) flubium *prima manu corr.* fluvium *C.* p) *sic A. C;* qui *B 1. 2.* q) *sic B 1;* unstrode *A;* Unstruod *B 2;* unstredę *C;* onestrod *Frut.;* Unstroth *Gobelin.*

1) Generum *a Widukindo saepissime pro sororio dici iam Meibom. p.* 42 *(*668*) annotavit; cf. infra I,* 22. 39. *II,* 18. 22. *et saepius. Interdum etiam latiore sensu eodem verbo uti videtur.* 2) *Ronnenberg villa, hora et dimidia ab Hannovera inter meridiem et occidentem distans, in pago Marstem, mallo antiquo celebris; vide Ann. Quedl., SS. III, p.* 32. *PERTZ. Cf. ab Alten, 'Zeitschr. des hist. Vereins f. Niedersachsen'* 1860. *p.* 4*; Gloël, 'Forsch. z. D. Gesch.' IV, p.* 224 *sq.; Lippert, 'Zeitschr. f. Thür. Gesch. N. F.' VII, p.* 12, *n.; Grössler ibid. XI, p.* 10 *sqq. Econtra L. Hoffmann, 'Zur Gesch. des alten Thüringerreiches', 'Jahresbericht über die höhere Bürgerschule zu Rathenow'* 1872. *p.* 26*; E. Lorenz, 'Zeitschr. f. Thür. Gesch. N. F.' VII, p.* 388—395. *et M. Könnecke, 'Das alte thüringische Königreich und sein Untergang' (Querfurt.* 1893*) p.* 35 *sqq. illam Ronnenberg villam longius abesse monent ac proponunt regionem quandam Ronneberge dictam, prope Unstrut fluvium sitam, duobus fere milibus a Burg-Scheidungen inter septentrionem et occidentem distantem, sicut iam olim Joh. Gottlob Boehmius, De Runibergo ubi victus est Hermenefridus etc. Prolusio sive Commentatio in acad. Lipsica indicendae petitioni honorum philosoph. praemissa* 1773. 74. — *Hoc proelium a.* 531. *factum esse fere constat.* 3) *Hodie Burg-Scheidungen. Thuringos a Theuderico rege victos usque ad Unstrut fluvium fugatos esse etiam Gregor. Tur. III,* 7, *SS. rerum Merov. I, p.* 115, *narrat.*

autem congregatis ducibus ac militum principibus exercitus sui[a], rogat sententiam, utrumnam censerent Irminfridum[b] persequendum, an patriam remeandum. Inter quos Waldricus[c. 1] consultus: 'Censeo', inquit, 'causa caesos sepeliendi, vulneratos curandi, maiorem exercitum congregandi patriam remeandum; neque enim arbitror multis milibus tuorum amissis sufficere nos posse ad peragendum presens bellum. Si enim barbarae nationes[2] innumerae in nos consurgant[d], multis nostrorum debilitatis, per quos vincis[e]?' Erat autem Thiadrico servus satis ingeniosus, cuius consilium expertus est saepius probum, eique propterea[f] quadam familiaritate coniunctus. Hic rogatus sententiam dare: 'In rebus', inquit, 'honestis pulcherrimam semper esse arbitror perseverantiam, quam ita coluerunt maiores nostri, ut a ceptis[g] negotiis raro vel numquam deficerent[h]. Nec tamen labores nostros eorum aequandos putaverim, qui parvis copiis ingentes gentium copias superaverunt[i]. Nunc terra in[k] nostra est potestate, et discessione nostra victis occasionem vincendi prestabimus? Amplecterer et ipse patriam redire, familiarem necessitudinem videre[l], si hostem nostrum eo spatio scirem otio vacare. Sed vulnerati nostri forsitan hac re indigent. Castrorum esto[m] labor, inpigris animis, reor, pro maxima voluptate est. Ergo caesa multitudine exercitus est vehementer attenuatus. Hostesne omnes evaserunt? certe rarissimus[n]. Ipse namque dux ut quaedam bestiola suo munitur latibulo, urbis circumdatur claustro, nec ipsum

a) *sic, non* principibus, exercitus sui rogat sententiam *distinguunt A. B* 2. *C. Frut.* b) *sic hoc loco etiam C.* c) waldericus *B* 1. 2; uualdrîcus *C.* d) consurgunt *C;* nationes in nos consurgant innumere *B* 1. e) uinces *B* 2. f) quadam fam. propterea *B* 1. g) acceptis *codd.;* a ceptis, *quod iam Waitz praeferre volebat, conservavit sive restituit solus Frut.* h) deficeret *C.* i) superauerint *C.* k) est in nostra *B* 1. l) prouidere *Frut.* m) ergo *Frut., qui post* labor *signo caret.* n) rarisumus *C;* rarissimi *Frut.*

1) *Waldricus, quoniam ad nomen eius nihil aliud adicitur, in carminibus celebratus videtur esse notus.* 2) *Slavine an Saxones? Slavi a Widukindo iterum atque iterum* barbari, barbarae nationes *appellantur; cf. Köpke-Dümmler, 'Kaiser Otto der Grosse (Jahrbücher der Deutschen Geschichte)' p.* 558; *nihilo setius hoc loco de Saxonibus cogitandum est. Nam in libello, quem in appendice edam, de origine Suevorum, ubi Suevi eas partes obtinent, quas hoc loco Saxones, narratur Thiadricum timore perterritum, ne Irminfridus Suevos nuper Albim transgressos auxilio suo arcesseret, priorem illos anticipasse missaque legatione eis terram illam in proprietatem tradidisse (c.* 7*). Cf. etiam quae Wid. ipse infra narrat.*

caelum secure audet inspicere, nostro cogente timore. Sed non desunt ei pecuniae, quibus conducantur nationes barbarae[1], non deest militum manus, licet lassa; quae tamen omnia[a] nostra absentia redintegrantur. Indecorum est victoribus victis vincendi locum dare. Num singulis urbibus administranda[b] sufficimus[c] presidia? Et eas omnes perdimus, dum imus et redimus'. Haec eo prosequente[2] placuit Thiadrico omnibusque gloria[d] victoriae avidis manere in castris et mittere ad Saxones[e], qui iam olim erant Thuringis acerrimi hostes, quatinus ei[f] essent in[g] auxilio: si quidem vincerent Irminfridum[h] urbemque caperent, terram eis in possessionem aeternam traderet. Saxones nichil cunctati novem duces cum singulis milibus militum destinare non dubitant. Et ingressi duces in castra, singuli cum centenis militibus, reliqua multitudine extra castra dimissa, salutant Thiadricum verbis pacificis. Quod[i] cum Thiadricus hilarior suscepisset, dextris datis et acceptis, copiam viris[k] fandi[3] concessit. At illi: 'Populus', aiunt, 'Saxonum tibi devotus et tuis parens imperiis misit nos ad te; et ecce assumus parati ad omne quodcumque[l] tibi[m] voluntas suggesserit, parati, ut aut hostes tuos vincamus aut, si fortuna aliud iusserit, pro te moriamur. Aliam enim causam nullam Saxonibus esse scias, nisi[n] vincere velle aut certe[4] vivere nolle. Neque enim gratiam maiorem amicis exhibere possumus, quam ut pro eis mortem contempnamus. Et ut hoc experimento discas, omnino desideramus'. Illis haec loquentibus mirati sunt Franci prestantes corpore et animo viros, mirati[o] sunt et novum habitum, arma quoque et diffusos[p] scapulas caesarie[5] et[q] supra omnia ingentem animi constantiam. Nam vestiti erant sagis[6] et armati longis lanceis et subnixi stabant parvis

a) omnia *om. C.* b) ad ministranda *B* 1. c) sufficeremus *C.* d) gloriae *B* 2; *om. Frut.* e) saxonem *C.* f) eis *B* 1. g) in *om. B* 2. *Frut.* h) *sic hoc loco etiam C.* i) Q⁰s (Quos) *A.* k) iuris *A.* l) quod *B* 1. m) uoluntas tibi *B* 2. n) ni *A.* o) mirati sunt *om. B* 2; et novum hab. mirati sunt *B* 1. p) *sic B* 2; diffusas scapulas cesarie *B* 1: diffusos scapulis cesarie *A;* diffusos *secunda manu corr.* diffusas scapulas cęsarię *C;* diffusam scapulis cesariem *Frut.;* per scapulas longa diffusa caesarie *Gobelin.* q) et ut s. *C.*

1) *Cf. supra p.* 12, *n.* 2. 2) *Nescio an consilium huius 'servi' in antiqua fabula id spectaverit, ut Saxones ad auxilium vocarentur; quod Widukindus omiserit.* 3) *Vergil. Aen. I, v.* 520. *et XI, v.* 248: data copia fandi. 4) *Cf. supra p.* 6, *l.* 13. 5) *Franci capillum recidere solebant.* 6) *I. e. vestibus lineis laxe ad pedes defluentibus; cf. U. Fr. Kopp, 'Bilder und Schriften' I, p.* 75. *Econtra infra II,* 1. *Otto I. in festivitate coronationis* tunica stricta more Francorum *indutus fuisse dicitur.*

scutis, habentes ad renes cultellos magnos. Erant etiam qui dicerent tantis ac talibus amicis Francos non *indigere; indomitum genus hominum fore, et si presentem terram inhabitarent, eos procul dubio[a] esse, qui Francorum imperium quandoque destruerent. Thiadricus vero propriis utilitatibus consulens suscepit in fide viros, demandans, ut ad obpugnandam urbem prepararentur[b]. Illi a rege regressi castra metati sunt ad meridianam plagam[c] urbis in pratis fluvio contiguis; et postera die prima luce surgentes sumptis[d] armis obpugnant oppidum[1] incenduntque. Capto oppido[1] et incenso aciem ordinant ex adverso[e] portae orientalis. Clausi muris dum acies vident ordinatas[f] ac se in ultimis[f] necessitatibus constitutos, audacter erumpunt portis caecoque furore irruunt in adversarios, et telis emissis gladiis proinde[g] res agitur[2]. Cumque grave bellum oriretur, plures hinc, plures inde sternuntur. Istis[h] pro patria, pro uxoribus ac[i] natis, postremo pro ipsa vita pugnantibus[3], Saxonibus vero pro gloria et pro terra adquirenda certantibus, attollitur clamor[k] virorum invicem exhortantium, fragor armorum et gemitus morientium, talique spectaculo tota dies illa trahitur. Cumque ubique[l] fierent caedes, ubique ululatus, et neuter[m] agmen loco cessisset, iam tardior hora prelium diremit[4]. Eo die ex Thuringis[n] multi interfecti, multi sauciati, de Saxonibus vero numerati[o] sunt sex milia caesa.

*p. 422.

X.[p] Mittitur igitur Iring[q] ab Irminfrido[r] cum supplici legatione et omnibus suis[s] thesauris ad Thiadricum pro pace ac spontanea deditione. Et accedens

a) proculdubio *una voce A. B 2.* b) *sic B 2. C. Frut.;* preparentur *A. B 1.* c) plagam *om. B 2.* d) armis sumptis *B 1.* e) ex aduersa parte *A.* f) ordinatos, ac se multitudinis necess. *C.* — necess. *om. Frut.* g) perinde *Frut.* h) Illis *B 1.* — *Distinctionem codicum A. B 1. C recipiendam esse putavi;* sternuntur: istis — certantibus. Attollitur *distinguit B 2, cf. Frut.* i) et *B 1.* k) clamor *om. B 2.* l) ibi *B 1.* m) *sic A. C;* neutrum *B 1. 2. Frut.* n) duringis (*supra semper* thuring.) *A.* o) numerata *B 2. Frut.* p) *sic recte C.* q) irring *C.* r) *sic hoc loco etiam C.* s) sui *A.*

1) *Voce* oppidi *Wid. significat aedificia extra murum sita, nullo munimine tuta et ideo plerumque primo impetu capta, Germanice 'Vorstadt' sive 'Aussenstadt'. Cf. B. de Simson, 'N. Archiv' XV, p.* 570*; Hegel ibid. XVIII, p.* 215 *sq. Sebaldi Schwarz, 'Anfänge des Städtewesens in den Elb- und Saale-Gegenden' (Dissert. Bonn.* 1892*) p.* 39. *interpretatio 'Dorf' opportuna mihi non videtur.* 2) *Sallust. Catil. c.* 60: pila omittunt, gladiis res geritur. 3) *Ib. c.* 58: nos pro patria, pro libertate, pro vita certamus, illis supervacaneum est pro potentia paucorum pugnare; *c.* 59: se . . . pro patria, pro liberis . . . certare. *Cf. etiam infra II,* 20. *III,* 53. 4) *Sallust. Iugurth. c.* 60: denique utrimque proelium nox diremit. *Cf. infra III,* 8. 35.

Iring[a]: 'Haec', ait, 'misit tibi quondam tuus propinquus, modo servus, ut[b], si non sui miserearis, miserae saltem tuae[c] sororis miserearis, nepotum quoque tuorum in ultima necessitate constitutorum'. Dum haec lacrimans[d] dixisset, interpellatio principum auro corruptorum[1] adiecit, quia decens foret clementiae regali, quo talem supplicationem[e] non sperneret, communium quoque naturae rerum non oblivisceretur, utiliusque esse[f] eum in fide suscipere, quem iam superatum haberet tamque[g] contritum, ut numquam se contra eum possit levare, quam illud genus hominum indomabile et ad omnem laborem perdurabile, a quo nichil expectaret Francorum imperium nisi solum periculum. In peracto[h] quoque bello considerare posset, quam duri[i] et insuperabiles[k] existerent[l] Saxones, ideoque melius esse, ut susceptis Thuringis pariter eos eicerent de finibus suis. [m]His dictis, licet invitus, flectitur tamen Thiadricus[n], promisitque postera die generum[2] suum se[o] suscepturum Saxonesque abiecturum. His auditis Iring[p] vestigiis prosternitur regis, laudavitque sententiam clementiae imperialis, et misso ad dominum optato nuntio laetum eum omnemque urbem securiorem reddidit; mansitque ipse[q] in castris, ne quid adversi nox ipsa moliretur. Interea urbe ex pace promissa securiore reddita, egressus est quidam cum accipitre victum quaeritans supra litus fluvii supradicti. Emisso[r] vero volucre, quidam ex Saxonibus in[s] ulteriore[t] ripa ilico eum[u] suscepit. Quo rogante[s], ut remitteretur, Saxo dare negavit. Ille autem: 'Da', inquit, 'et secretum tibi sociisque[v] utile prodam'. Saxo econtra: 'Dic, ut accipias quod quaeris'. 'Reges', inquit, 'inter se pace facta decretum tenent, si cras inveniamini in castris, capiamini aut certe occidamini'. Ad haec ille: 'Serione[w] haec[x] an ludo ais?' 'Secunda hora', ait, 'sequentis diei probabit, quia[y] vos oporteat sine ludis agere. Quapropter consulite vobis ipsis et

a) irring *C;* Hiringus haec ait, Misit *B* 2. b) et *A.* c) sororis tue *B* 1. *Frut.* d) lacrimis *C.* e) legationem *Frut.* f) *sic A. B* 1. 2. *(Frut.);* eum esset *C.* g) tamq̊m (tamquam) *A.* h) Impacto *A;* Inperato *C.* i) quamdiu *B* 2; quandiu *C.* k) superabiles *A.* l) essent *B* 1. m) *hic caput* XI. *incipit C, quod cum indice praemisso haud convenit; scriptorem errasse inde apparet, quod postea c.* XVII. *bis numeravit.* n) Thiedericus *hoc loco B* 2. o) se *om. B* 1. p) irring *C.* q) in castris ipse *B* 2. r) Emissa *B* 2. s) in ulteriore — ro[gante *secunda, sed coaeva manu, aliis erasis A.* t) ulteriori *Frut.* u) eam *B* 1. 2. v) tuis *add. A. Frut.* w) Serio *A. Frut.* x) an ludo hec ais *B* 1; haec ais, an ludo *Frut.* y) quod *Frut.*

1) *Cf. quae Origo Suevorum c.* 8. *narrat.* 2) *Cf. supra p.* 11, *n.* 1.

fuga salutem quaerite'. Saxo statim emittens accipitrem, sociis retulit[a] quae audivit. Illi satis commoti in promptu[b] non inveniebant, quid super hoc agere debuissent[1].

XI.[c] Erat autem tunc in castris quidam de veteranis militibus[d] iam senior, sed viridi senectute[2] adhuc vigens, qui merito bonarum virtutum pater patrum dicebatur, nomine Hathagat[e, 3]. Hic arripiens signum, quod apud eos habebatur sacrum, leonis atque draconis et desuper aquilae volantis insignitum effigie[4], quo ostentaret fortitudinis atque prudentiae et earum rerum efficatiam, et[f] motu corporis animi[g] constantiam declarans *ait: 'Hucusque[h] inter optimos Saxones vixi, et ad hanc fere ultimam senectutem aetas me perduxit, et numquam Saxones[i] meos fugere vidi; et quomodo nunc[k] cogor agere quod numquam didici? Certare scio, fugere ignoro nec valeo. Si fata non sinunt[5] ultra vivere, liceat saltem, quod michi dulcissimum est, cum amicis occumbere. Exempli[l] michi paternae virtutis[m] sunt amicorum corpora circa nos prostrata, qui maluerunt mori quam vinci, inpigras animas amittere quam coram inimicis loco cedere. Sed quid necesse habeo exhortationem protrahere tantisper[n] de contemptu mortis? Ecce ad securos ibimus, ad caedem tantum, non ad pugnam. Nam de promissa pace ac nostro gravi vulnere nichil suspicantur adversi, hodierno quoque prelio fatigati quemadmodum sunt, sine metu[o], sine vigiliis et solita custodia manent. Irruamus[p] igitur super inprovisos et somno sepultos[6], parum laboris est; sequimini me ducem, et hoc canum caput meum vobis trado, si non evenerit quod dico'. Illius igitur optimis verbis erecti quod supererat diei in reficiendis suis

a) rettulit *C.* b) non inueniebant *(primitus* inueniabant, a *adras. A)* in promptu *A. B* 1. c) XII. *C.* d) de vet. mil. *om. Meibom. p.* 5 *(632).* e) hatugato *Frut.* f) et *om. A. B* 1; *A inepte distinguit:* prudentie. et earum rerum efficatiam motu corporis animi constantiam declarans *etc.* g) animȩ *corr.* animi *C.* h) Huc usque *duabus vocibus A. C.* i) meos saxones *B* 1. k) nunc *om. A. B* 1. l) *sic A. C;* Exempla *B* 1; Exemplo *B* 2. *Frut.* m) *sic A. B* 1. *C;* uirtutes *B* 2. *Frut., qui ante* amicorum *comma ponunt.* n) tantum *Frut.* o) ita *add. Frut.* p) Irruere *B* 2.

1) *Haec fabulae memoria paulo discrepat cum ea, quam Origo Suevorum c.* 9. *melius accuratiusque exhibet.* 2) *Vergil. Aen. VI, v.* 304: iam senior, set cruda deo viridisque senectus. 3) *Eum tunc Saxonum ducem fuisse Ruodolf. Transl. S Alex., SS. II, p.* 674, *dicit.* 4) *Cf. K. E. H. Krause, 'N. Archiv' XVI, p.* 611. 5) *Vergil. Aen. I, v.* 18: si qua fata sinant; *IV, v.* 651: dum fata deusque sinebat. 6) *Vergil. Aen. II, v.* 265: somno vinoque sepultam. *Cf. infra II,* 20.

corporibus expendebant; deinde prima vigilia noctis dato signo, qua solet sopor gravior occupare mortales, sumptis armis, precedente duce irruunt[a] super muros, invenientesque sine vigiliis ac custodiis, ingressi sunt urbem cum clamore valido. Quo excitati adversarii, alii fuga salutem quaesierunt, alii per plateas et muros urbis ut ebrii erraverunt, alii in Saxones, cives suos putantes, inciderunt. Illi vero omnes perfectae aetatis morti tradiderunt, inpuberes predae servaverunt[1]. Eratque nox illa plena clamoribus, caede atque rapina, nullusque locus in omni urbe quietus, donec aurora rutilans surgit[2] et incruentam declarat victoriam[3]. Cumque penes regem, videlicet Irminfridum[b, 4], summa victoria[c] esset, requisitus cum uxore ac[d] filiis ac raro comitatu evasisse repertus est.

XII.[e] Mane autem facto ad orientalem portam ponunt aquilam, aramque victoriae construentes secundum errorem paternum sacra sua propria veneratione venerati sunt: nomine Martem, effigie[f] columpnarum imitantes Herculem, loco Solem[g], quem Graeci appellant Apollinem[5]. Ex hoc apparet aestimationem[h] illorum

a) *seq.* in castra *eras. B* 1. b) *sic h. l. etiam C.* c) *sic A. C.;* victorie *B* 1. 2. *Dubitari potest, quid praeferendum sit; neque alii Widukindi loci certum auxilium ferunt. Similiter infra p.* 33, *l.* 7. 8. *et alibi:* rerum publicarum summa, *sed similius p.* 23, *l.* 1 *sq.:* Penes Oddonem .. summum semper ... fiebat imperium. d) et *A.* e) XIII. *C.* f) effige *B* 1. g) solis *B* 2, *ubi falso distinctum:* nomine Martem effigie columnarum imitantes, Herculem loco solis; Nomine martem effigie columpnarum imitantes herculem . loco solem *A. Reliqui codices ita verba distinguunt ut scripsi.* h) existimationem *B* 1; aest. illorum apparet *B* 2.

1) *Sallust. Iug. c.* 54: puberes interfici iubet, alia omnia militum praedam esse; 91: puberes interfecti, alii omnes venundati, praeda militibus divisa. *Eundem Wid. infra c.* 35, *p.* 43. *accuratius imitatus est. Cf. etiam III,* 52. 2) *Vergil. Georg. I, v.* 446. 47: pallida surget ... Aurora. 3) *Sallust. Cat. c.* 61: incruentam victoriam. *Cf. infra III,* 46. 4) *I. e. in rege Irminfrido capiendo vel occidendo.* 5) *Deum Hirmin victoria reportata Saxones venerati sunt; Hirmin eundem quem Hermem Widukindus putavit, quem vero Hermem i. e. Mercurium appellat a Graecis Martem dici erronee statuit. Ceterum verba V. Clarissimi J. Grimm litteris a.* 1838. *cum adulescente Waitz communicata affero:* Widukind sagt also: der sächsische Hirmin bedeutet dem namen nach den Mars (d. i. den Mercur), dem bilde nach den Hercules (weil er heldenmässig gerüstet erscheint, wie Wuotan in der regel nicht), dem orte der aufrichtung nach die Sonne; das kann, wie Sie selbst schon anmerken, bloss auf die orientalis porta bezogen werden *Cf. eiusdem Myth. ed.* 4. *I, p.* 91. 292 *sq.* 294; *Müllenhoff ap. Schmidt, 'Z. f. Gesch.' VIII, p.* 242 *sqq.; Rieger, 'Z. f. D. Alt.' XI, p.* 182. — *(Locum, Ruodolfi sententia de Irminsula (SS. II, p.* 676*) allata, ita explicaverim: in construenda ara victoriae deos*

utcumque probabilem, qui Saxones originem duxisse putant[a] de Graecis[1], quia[b] Hirmin vel Hermis[c] Graece Mars dicitur; quo vocabulo[d] ad laudem vel ad vituperationem usque hodie etiam ignorantes utimur[2]. Per triduum igitur dies victoriae agentes et spolia hostium dividentes exequiasque caesorum celebrantes laudibus ducem in caelum attollunt[e], divinum ei animum inesse caelestemque virtutem acclamantes, qui sua constantia tantam eos egerit perficere victoriam. Acta[3] sunt autem haec omnia, ut maiorum memoria prodit, *die[f] Kal. *Oct. 1.* Octobris, qui dies erroris religiosorum sanctione virorum mutati sunt in ieiunia et orationes, oblationes quoque omnium nos precedentium Christianorum[4]. *p. 424.

a) de grecis putant *B* 1. b) qua *A*. c) Chermis *B* 2. d) vel *add. B* 1. e) at *superscr. B* 1. f) die *om. B* 2. — kal *A*; Cal. *B* 2; kl *C*.

suos veneratione cuilibet eorum propria venerati sunt, scilicet Martem nomine eius i. e. Irmin arae imposito, Herculem formam eius effigie columnarum ('bildsäule') imitati, columna lignea in altum erecta, quae Herculis signum quodammodo exprimeret, Solem loco arae ad portam orientalem selecto. Ea Widukindi sententia; narrat itaque Saxones in signum victoriae ad portam Schidingae orientalem aram Irminsul erexisse. Hinc et loco Taciti Ann. I, 61: truncis arborum antefixa ora; lucis propinquis barbarae arae, apud quas tribunos ac primorum ordinum centuriones mactaverant, *lux affunditur. PERTZ).* 1) *Cf. supra p.* 4, *l.* 4 *sqq.* 2) heissen die letzten worte: wir verwenden das verstärkende praefix *irmin-*, ohne seinen sinn zu verstehen, bei wörtern guter und übler bedeutung? *ita J. Grimm, Myth. ed.* 1. *p.* 210, *n.* *) *procul dubio recte haec verba interpretatus est; ed.* 2. *vero p.* 327 = *ed.* 4. *I, p.* 292: und noch im 10. jh. wurde mit diesem namen ein hervorragender, verwegener mann, lobend oder tadelnd belegt. *Cf. Müllenhoff, 'Z. f. D. Alt.' XXIII, p.* 3. — *(Mihi relativum ad* Mars *referendum esse videtur, quo vocabulo ignorantes — nam Hirmin minime ignorabant — Saxones lingua sua ad laudem in voce* mâri, mâr, *clarus, ad vituperationem in voce incubum significante* mara *et compositis earum utebantur. PERTZ). Hanc ultimam interpretationem sequitur B. de Simson, 'N. Archiv' XV, p.* 573 *sq., leviter variatam, summo iure repugnante K. E. H. Krause, ibid. XVI, p.* 610 *sqq. Equidem reddatur velim sententia sic: 'Daraus erhellt, dass die meinung derjenigen denn doch wahrscheinlich sei, welche die Sachsen für nachkommen der Griechen halten, weil der Mars Hirmin (von uns) und Hermes im Griechischen genannt wird: ein wort* (irmin), *welches wir in lobendem und tadelndem sinne bis auf den heutigen tag anwenden, freilich ohne es zu wissen (nämlich dass es aus dem Griechischen stammt)'.* 3) Acta — Octobris *post inserta esse W. de Giesebrecht, 'Gesch. der deutschen Kaiserzeit' ed.* 5. *I, p.* 812. *voluit; sed infra II,* 4. *eadem fere legimus:* Acta sunt autem haec VII. Kalend. Octobris. 4) *Inde a dominica proxima post festum Michaelis incipit hebdomas illa 'die gemeine Wochen', cuius vestigia usque ad saec. XVI. et ultra*

XIII.[a] His itaque omnibus peractis[b] reversi[c] sunt ad Thiadricum in castra, et ab eo suscepti satisque laudati et[d] terra presenti in aeternam possessionem donati sunt. Socii quoque Francorum[e] et amici appel-
5 lati urbem, cui ab igne ut propriis moeniis pepercere, primum incoluerunt. Qui autem finis reges secutus sit, quia memorabilis fama est, prodere non negligo[f]. Missus denique Iring[g] ad Thiadricum eo die, quo capta est civitas, proxima nocte susceptus ab eo permansit in
10 castris. Audito autem, quia elapsus esset Irminfridus[h], egit, ut dolo revocaretur, et[i] Iring[h] eum interficeret, tamquam claris muneribus ab ipso donandus ac magna potestate in regno honorandus; ipse vero Thiadricus caedis illius quasi alienus existeret. Quod cum Iring[h]
15 aegre suscepisset, falsis promissionibus corruptus tandem[k] cessit seque parere voluntati illius confessus est. Revocatus itaque Irminfridus[h] prosternitur vestigiis Thiadrici; Iring vero tamquam armiger regalis stans secus evaginato gladio prostratum dominum trucidavit[l]. Statimque
20 ad eum[m] rex: 'Tali facinore omnibus mortalibus odiosus factus, dominum tuum interficiendo, viam habeto apertam a nobis discedendi; sortem vel partem tuae nequitiae nolumus habere'. 'Merito', inquit Iring, 'odiosus omnibus mortalibus factus sum, quia[n] tuis parui dolis; ante-
25 quam tamen exeam, purgabo hoc scelus meum vindicando[o] dominum meum'. Et ut evaginato gladio stetit, ipsum quoque Thiadricum obtruncavit, sumensque corpus domini posuit[p] super cadaver Thiadrici, ut vinceret saltem mortuus, qui vincebatur vivus. Viamque ferro
30 faciens discessit. Si qua fides his dictis[q] adhibeatur,

a) XIIII. *C.* b) patratis *C.* c) sunt reuersi *B* 1. d) in *add. B* 2. e) et amici franc. app. sunt et urbem *B* 1. *Frut., qui pergit* moxque urbem. f) neglego *C.* g) irring *C.* h) *sic h. l. etiam C.* i) et *superscr. B* 1. k) tandem *om. B* 2. *C.* l) truncauit *B* 1. m) ait *add. B* 2; rex ait ad eum *Frut.* n) qui *Frut.* o) uindi-
35 cabo *B* 2. *C.* p) posuit *om. B* 2. q) adhib. dictis *B* 1.

inveniuntur, quamque etiam Cron. ducum de Brunsw. c. 9, *'Deutsche Chroniken' II, p.* 581, *et Widukindum secutus scriptor Pragensis saec. XIII. (cf. praefat.) cum hac Saxonum victoria coniunxerunt. Plura de hac re testimonia collegit Haltaus, Cal. medii aevi p.* 131; *Homeyer,*
40 *'Die Stadtbücher des Mittelalters' p.* 71 *sq. Iisdem diebus etiam festum Zisae deae Suevicae celebratum esse J. Grimm annotavit, Myth. ed.* 4. *I, p.* 247. *Cf. Koppmann, 'Jahrb. des Ver. f. niederd. Sprachforschung'* 1876. *p.* 114 *sqq.*

penes lectorem est[1]. Mirari tamen non possumus[a] in tantum[b] famam[c] prevaluisse, ut Iringis[d] nomine, quem ita vocitant, lacteus caeli circulus usque in presens sit notatus[2].

XIIII.[e] Saxones igitur possessa terra summa pace quieverunt, societate Francorum atque amicitia usi. Parte quoque agrorum cum amicis auxiliariis vel manumissis distributa, reliquias pulsae gentis tributis condempnaverunt. Unde usque hodie gens Saxonica[f] triformi genere ac lege preter[g] conditionem servilem dividitur[g, 3]. A tribus etiam principibus totius gentis ducatus administrabatur, certis terminis exercitus congregandi potestate contenti[h], quos suis locis ac vocabulis novimus signatos, in orientales scilicet populos, Angarios atque Westfalos[i]. Si autem universale bellum ingruerit[k, 4], sorte eligitur, cui omnes obedire oportuit[l], ad administrandum[5] inminens bellum. Quo peracto, aequo iure ac lege propria contentus potestate unusquisque vivebat[6]. De legum vero varietate nostrum non est in hoc libello

a) satis *add. Frut., cf. supra p.* 10, *n. s.* b) tantam *C.* c) preual. famam *B* 1. d) *sic h. l. etiam C.* e) XV. *C.* f) Saxonia *B* 2. g) preter — dividitur *om. B* 1. h) contendendi *B* 1. i) Vuestualos *B* 2. k) *sic A;* ingrueret *corr.* ingruerit *B* 1; ingrueret *B* 2. *C.* l) oporteat *B* 1.

1) *Cf. Sallust. Iug. c.* 17: ceterum fides eius rei penes auctores erit. — *Hanc narrationem fabulosam ex priscis carminibus haustam esse nemo non intelligit. Irminfridum auctore Theuderico de muro deiectum esse refert Gregor. Tur. III,* 8, *SS. rerum Merov. I, p.* 116; *cf. Ann. Quedl., SS. III, p.* 32. 2) *De Iringo et Iringesstraza (Frutolf., SS. VI, p.* 178 = *'Sächsische Weltchronik. Der Sachsen Herkunft', in 'Deutsche Chron.' II, p.* 263*) cf. Grimm, Myth. ed.* 4. *I, p.* 296 *sq.; Uhland, 'Schriften zur Gesch. der Dichtung und Sage' I (*1865*), p.* 467 *sqq.; Müllenhoff, 'Z. f. D. Alt.' XXX, p.* 248 *sqq.; Paul, 'Grundriss der germanischen Philologie' III, p.* 668; *Koegel, 'Gesch. der deutschen Litteratur' I,* 1, *p.* 125 *sqq.* 129. 3) *Saxones bello attenuatos terrae partem maxime orientalem colonis tradidisse Ruodolfus Fuld. narrat SS. II, p.* 675; *postea quatuor gentis ordines affert, nobiles, liberos, litos, quarto loco servos ponens. Cf. Ph. Heck, 'Die Gemeinfreien der karolingischen Volksrechte' (Halis* 1900*) p.* 308. 344 *sqq.* 4) *Exod.* 1, 10: et si ingruerit contra nos bellum. 5) *Sallust. Iug. c.* 29: bellique quod administrabat. 6) *Cf. Beda V,* 10: Non enim habent regem iidem antiqui Saxones, sed satrapas plurimos suae genti praepositos, qui ingruente belli articulo mittunt aequaliter sortes, et quemcunque sors ostenderit, hunc tempore belli ducem omnes secuntur, huic obtemperant; peracto autem bello rursum aequalis potentiae omnes fiunt satrapae. *Haec verba Widukindo haud repugnare videntur (potius ex illis nostrum sua hausisse apud me constat).*

disserere, cum apud plures inveniatur lex Saxonica diligenter descripta[1]. Suavi[a] vero Transbadani[b, 2] illam quam incolunt regionem eo tempore invaserunt, quo Saxones[c] cum Longobardis Italiam adierunt[3], ut eorum[d] narrat historia[e, 4], et ideo aliis legibus quam Saxones utuntur[5]. Igitur Saxones variam *fidem Francorum experti, de quibus nobis non est dicendum, cum in eorum gestis[6] inveniatur scriptum, paterno errore obligati usque ad tempora Karoli[f] Magni perdurabant[g].

XV.[h] Magnus vero Karolus[i] cum esset regum fortissimus, non minori sapientia vigilabat. Enimvero considerabat, quia suis temporibus omni mortali prudentior erat, finitimam gentem nobilemque vano errore retineri non oportere; modis omnibus satagebat, quatinus ad veram[k] viam duceretur[l]. Et nunc blanda suasione, nunc bellorum inpetu ad id cogebat, tandemque tricesimo imperii sui[7] anno obtinuit — imperator quippe ex rege creatus est —, quod multis temporibus elaborando non defecit: ob id qui olim socii et amici erant Francorum, iam fratres et quasi una gens ex Christiana fide, veluti modo videmus[m], facta est[8].

XVI.[n] Ultimus vero Karolorum apud orientales Francos imperantium Hluthowicus[o] ex Arnulfo[p] fra-

a) Suabi *B* 1; Sueui *B* 2. *Falke p.* 574; Suuaui *C*. b) *sic A. C. Falke l. l.*; transpadini *B* 1; transalbini *male corr. B* 2. c) saxonis *C*. d) illorum *B* 1. e) hystoria *A. C.* f) *sic etiam A*; Carolus *B* 2. *C semper*. g) perdurarunt *C*. h) XVI, *C*. i) *sic etiam A, et postea semper*. k) uiam ueram *C*. l) ducerentur *B* 1. m) facta est *primum ante* videmus *script. et eras. B* 1. n) XVII. *C*. o) *ita ubique scripsi, ducibus Ann. Corbeiens. et C, qui interdum* hluthouicus *et* hluthuuicus, *saepius vero* luthuuicus *aut* luthouicus; lůdewicus, *postea* ludewico, *semel* ludwicus *A*; ludouuicus *B* 1 *et Ann. Mettenses, in quibus ab hoc loco Widukindi liber exscriptus est*; *B* 2 *semper fere* Lothouuicus; ludewicus *Frut.*, lodouuicus *Saxo*. p) Arnulpho *B* 2 *plerumque, A solummodo hoc loco*; arnolfus *Frut.*; arnulfus, *saepius* arnoldus *Saxo*.

1) *Cf. de hoc loco Gaupp, 'Germanistische Abhandlungen' p.* 93. 2) *I. e. Suevi trans Badam (Bode) fl. in pago Suevego habitantes; cf. Grupen, Origines Germaniae II, p.* 395 *sqq.* 3) *A.* 567. 568. *Sed etiam de Suevis ipsis pars in Italiam profecta est. Müllenhoff, 'Deutsche Altertumskunde' II, p.* 103. 4) *Paulus, Hist. Lang. II,* 6, *SS. rerum Lang. p.* 76. *Cf. ibid. III,* 6. 7; *Gregor. Tur. V,* 15, *SS. rerum Merov. I, p.* 206 *sq.* 5) *Huius rei vestigia per totum medium aevum mansisse ex Speculo Saxonum quod dicunt apparet; cf. Homeyer, 'Sachsenspiegel' I, Index s. v. 'Schwabe' (ed.* 3. *p.* 475 *sq.).* 6) *Fortasse Einhardi libri, Karoli Vita et Annales, ex quibus quae sequuntur hausta esse videntur.* 7) *Potius belli, quamvis haec quoque ratio non plane cum vero conveniat. Cf. infra c.* 31. 8) *Vita Karoli c.* 7: ut (Saxones) Christianae fidei atque religionis sacramenta susciperent et Francis adunati unus cum eis populus efficerentur.

truele Karoli, huius Lotharii regis proavi[1], natus erat. Qui[2] cum accepisset uxorem nomine Liudgardam[a], sororem Brunonis ac magni ducis Oddonis[b], non multis post haec vixerat annis[3]. Horum pater erat Liudulfus[c], qui Romam profectus transtulit reliquias beati Inno- 5 centii papae[4]. Ex quibus Brun[d] cum ducatum administrasset[e] totius Saxoniae[5], duxit exercitum contra Danos, et inundatione repentina circumfusus non habens 880. (Febr. 2). locum pugnandi periit cum omni exercitu[6], fratri natu quidem[f] minori, sed omni virtute multo[g] potiori relin- 10 quens ducatum. Regi autem Hluthowico[h] non erat filius, omnisque populus Francorum atque Saxonum[7] quaerebat Oddoni diadema inponere regni[3]. Ipse vero quasi iam gravior[8] recusabat imperii onus; eius tamen 911. (Nov.) consultu Cuonradus[i] quondam dux[k] Francorum ungi- 15

a) *sic B 2. C;* luidgardam, *ni fallor, Ann. Mett.; B* 1 *modo* luidg., *modo* liudg. (liutg.); *A semper* ludgarda; luitgart *Frut.;* liutgardam *Saxo.* b) *sic C et Ann. Mett.; B* 1 *modo* otto, *modo* oddo; *B 2 plerumque, A et Frut. et Saxo semper* otto. c) *sic C. Ann. Mett.;* luidolfus *et* liudolfus *B* 1; ludolfus *A semper; B* 2 *plerumque* Liudulfus, *h. l.* Luidolphus; luitolfus *Frut.;* liudolfus *Saxo;* leutulfus *Sigebert. Gembl.* d) *sic A. B* 1. *Frut.;* brûn *C;* Bruno *B* 2. *Saxo.* e) administraret *B* 2. f) quoque (q̊ʒ) *A.* 20 g) potiori multo *B* 1, *signis superscriptis corr.* multo potiori. h) ludewico *h. l. A;* hluthuuico *C;* lodouico *Saxo.* i) chv̊nradus, *postea saepius* conrad. *A;* cůnradus (cuonrad.) *B* 1; Cunradus *B* 2, *alibi* Chuonrad.; conradus *C. Ann. Mett. Saxo;* chuonradus *Frut.* k) dux *om. B* 1. 25

1) *Lotharius inde ab a.* 954. *usque ad a.* 986. *rex Francorum occidentalium; Widukindus vero eius abavum (non proavum) Karolum II. Calvum et Karolum III. (Crassum), Arnulfi patruum, inter se confundit; cf. infra p.* 35, *n.* 5. 2) *Non Ludowicum IV, Arnulfi filium, cognomine Puerum, sed Ludowicum III, quem dicunt iuniorem, Ludowici* 30 *Germanici filium, Pii nepotem, Liudgardam duxisse iam Meibom. p.* 44 *(*671*) satis probavit. Cf. 'N. Archiv' XXVIII, p.* 328 *sq. Nuptiis a.* 869. *celebratis, Ludowicus obiit a.* 882, *Liudgarda a.* 885. 3) *Nota particulam hexametri.* 4) *De hac translatione cf. Agii Vita Hathumodae c.* 4, *SS. IV, p.* 168; *Hrotsvit, Primordia coenob. Gandesh. v.* 118 *sqq.,* 35 *in Opp. ed. P. de Winterfeld p.* 232 *sqq.; Sigebertus Gemblac., SS. VI, p.* 340, *qui nostro auctore usus esse videtur. Wedekind, 'Noten zu einigen Geschichtschreibern' I (*1823*), p.* 159 *sqq., translationem a.* 844. *factam esse contendit.* 5) *Cf. Waitz, 'Deutsche Verfassungsgeschichte' ed.* 2. *V, p.* 44. 6) *Cf. Ann. Fuldenses a.* 880, *SS. r. G. p.* 94. 40 *atque Hrotsvit, Prim. Gand. v.* 361 *sqq., ed. de Winterfeld p.* 239. *Cuius proelii locus non constat. Cf. Wedekind, 'Noten' I, p.* 295 *sqq., qui monuit cum Thietmaro (II,* 23, *SS. r. G. p.* 32*) fluminis, neque cum Ann. Saxone (a.* 879, *SS. VI, p.* 584*) copiarum inundationem esse intellegendam; O. de Heinemann, 'Mitth. d. Ver. f. Hamb. G.'* 1880. 45 *nr.* 5, *p.* 58—65. *Wedekindi sententiam impugnavit. Cf. 'N. Archiv' VI, p.* 204; *Dümmler, 'Gesch. des Ostfränkischen Reiches' ed.* 2. *III, p.* 136; *Hauck, 'KG.' III, p.* 313, *n.* 8. 7) *I. e. populus universalis.* 8) *De eius aetate nihil certi compertum habemus; cf. Waitz, 'Jahrb. Heinrichs I.' ed.* 3. *p.* 12, *n.* 6. 50

tur[a] in regem. Penes Oddonem tamen summum semper et ubique fiebat[b] imperium[1].

XVII.[c] Natus[d] est autem ei filius toto[e] mundo necessarius, regum maximus optimus, Heinricus, qui primus libera potestate regnavit in Saxonia[2]. Qui cum[f] primaeva aetate omni genere virtutum vitam suam ornaret, de die in diem proficiebat[3] precellenti prudentia et omnium bonorum[g] actuum gloria; nam maximum ei ab adolescentia studium erat in glorificando gentem suam et pacem confirmando in omni potestate sua. Pater autem videns prudentiam adolescentis et consilii magnitudinem reliquit ei exercitum et militiam adversus Dalamantiam[h. 4], contra quos[i] diu ipse militavit. Dalamanci[k] vero inpetum[l] illius ferre non valentes conduxerunt adversus eum Avares, quos modo Ungarios[m] vocamus[5], gentem belli[n] asperrimam[6].

c. 876.

906.

XVIII.[o] Avares autem, ut quidam putant, reliquiae erant Hunorum[p]. Huni egressi sunt de Gothis, Gothi autem de insula, ut Iordanis[q] narrat[7], nomine

a) unguitur *C.* b) *sic A. C. Frut.;* vigebat *B* 1. 2. *Saxo.* c) XVII. *C iterum.* d) *in marg. B* 1, *ex parte abscissum:* No[tandum] Henri[cus] p[r]im[us] na[tus]. e) toti *B* 2; *om. B* 1. *Frut.* f) in *add. Ann. Mett. Frut.* g) bonarum artium *A.* h) dalmatiam *B* 1. 2; dalmantiam *Frut. Saxo.* i) *sic codd.;* quam *Frut.* k) Dalamanti, *sed infra* dalamanci *A;* Dalmatii *B* 1; Dalmatae *B* 2; Dalanci *C;* Dalmantii *Frut.* l) inpetus *B* 1. m) Ungaros *B* 2 *semper.* n) belli *om. B* 1. o) *inde ab hoc capite desiderantur numeri in C, quos supplevimus, praescriptum indicem secuti, cum versibus novis inceptis atque littera initiali ornatis pateat, ubi capita coeperint.* p) hunonum *C.* q) Iordanus *B* 2.

1) *Hoc a vero longissime abesse facile apparet; neque Oddoni regnum oblatum esse verisimile est. Cf. Maurenbrecher, 'Gesch. der Deutschen Königswahlen' p.* 40, *n.* 2. 2) *Haec verba ex alio Widukindi loco (infra I,* 34*) interpretanda esse iam Meibom. p.* 46 *(*673*) animadvertit: Heinricus primus ita Saxoniam rexit, ut omni alia potestate semota ipse rex et dux totum terrae imperium teneret. Cf. Waitz, 'Heinr. I.' p.* 199 *sq.* 3) *Ev. Luc.* 2, 52: Iesus proficiebat sapientia. *Cf. infra I,* 27. *II,* 35. 4) *De pago Daleminzi cf. Posse, 'Markgrafen von Meissen' p.* 351 *sqq.; H. Böttger, 'Diöcesan- und Gau-Grenzen Norddeutschlands' IV, p.* 218—229. *Haec magna Slavorum provincia ab ipsis Thietmaro (I,* 3, *SS. r. G. p.* 3*) teste* Glomaci *(Lommatzsch) vocabatur; cf. diploma Ottonis II, DD. II, p.* 222: in pago Dalminze seu Zlomekia. *Sita erat in territorio Misnensi in utraque Albis ripa, a sinistra usque ad Caminizi (Chemnitz) fluvium extensa. Posse l. l., tabula ultima.* 5) *Cf. Ann. Corb. a.* 906, *SS. III, p.* 4: Ungarii in Saxoniam venerunt. *Dümmler, 'Ostfränk. Reich' III, p.* 546, *n.* 1. 6) *Cf. Vergil. Aen. I, v.* 14: studiisque asperrima belli. 7) *Getica c. III. IV, Auct. ant. V,* 1, *p.* 57 *sqq., qui insulam* Scandzia *seu* Scandza *appellat; quae sequuntur ex eiusdem c.* 24, *ibid. p.* 89 *sqq., desumpta sunt.*

Sulza egressi sunt. A proprio autem duce nomine Gotha[a] Gothi appellati sunt. Coram quo cum *quaedam mulieres in exercitu[b] suo rerum veneficarum arguerentur, requisitae sunt et inventae culpabiles. Quarum cum esset multitudo, a merita quidem poena abstinuit, ab exercitu tamen omnes eiecit. Eiectae autem silvam proximam[c] petierunt. Quae cum mari cingeretur[d] et Meoticis paludibus, inde exeundi aditus non patebat. Pregnantes autem[e] iam[f] quaedam ex illis ibidem partum ediderunt[1]. A quibus cum alii atque alii nascerentur, facta est gens valida; ferarumque more viventes, inculti et indomiti, facti sunt venatores acerrimi. Post multa vero saecula, cum aliam mundi partem illic commorantes penitus ignorarent[g], contigit cervam venatu inveniri eamque persequi, donec ipsa precedente omnibus retro mortalibus intransmeabilem hactenus viam per Meoticas paludes transmearent; ibique urbes et oppida et invisum[h] antea genus hominum videntes, eadem via reversi sunt, sociis talia referentes. Illi autem curiositatis causa cum multitudine perrexerunt audita probare. Finitimae autem urbes et oppida[i] cum ignotam multitudinem et corpora cultu habituque[2] horrenda vidissent, daemonia esse credentes fugiebant. Illi vero ad novas rerum facies[3] stupentes admirati[k], primum quidem a caede atque rapina abstinuerunt, sed[l] nemine resistente humana tacti cupidine[l], multa caede hominum facta, nulli rei proinde parcebant. Et capta preda magna ad sedes suas reversi sunt. Videntes autem, quia res eis secus cederent, cum uxoribus ac filiis et omni agresti suppellectili[m] iterum venientes et finitimas gentes circumquaque vastantes, Pannoniam postremo inhabitare coeperunt.

*p. 426.

XVIIII. Victi autem a Magno[n] Karolo et[o] trans Danubium pulsi ac ingenti vallo circumclusi[p, 4], pro-

a) Gotho *B* 2. b) *syllaba* tu *sec. manu add. A.* c) proximam *om. B* 1. d) *sic A. C;* cingerentur *B* 1. 2. e) autem *om. C.* f) quedam iam *B* 1. g) ignorantes *B* 1. h) inuisum *in loco raso, ut videtur, A.* i) opida *A.* k) admirari *B* 1. l) sed — cupidine *om. B* 1. m) supellectili *B* 2. n) karolo magno *B* 1. o) et *om. A.* p) circumfusi *B* 2.

1) *Aliter Iordanes l. l. p.* 89: quas spiritus inmundi per herimum vagantes dum vidissent et eorum conplexibus in coitu miscuissent, genus hoc ferocissimum ediderunt. 2) *Cf. Vergil. Georg. I, v.* 52: cultusque habitusque. 3) *Cf. Vergil. Aen. VI, v.* 104: nova mi facies. 4) *Karolum Magnum Avares vallo magno circumclusisse saeculo X. vulgaris fuit opinio; vide Liudprandi Antapod. I,* 13, *SS. r. G. ed.* 2. *p.* 12,

hibiti sunt a consueta gentium depopulatione. Imperante autem Arnulfo[1] destructum est opus, et via eis nocendi patefacta, eo quod iratus esset imperator Centupulcho[a. 2] regi[b] Marorum[c]. Deinde quantam stragem 5 quantamque iniuriam imperio Francorum fecerint, urbes ac regiones adhuc[d] desolatae testantur. Haec ideo de hac gente dicere arbitrati sumus, ut possit tua claritas agnoscere, cum qualibus avo tuo patrique certandum fuerit, vel a[e] quibus hostibus per eorum providentiae 10 virtutem et armorum insignia tota iam fere[f] Europa liberata sit.

XX. Predictus igitur exercitus Ungariorum a Sclavis[g] conductus, multa strage in Saxonia facta et infinita capta preda, Dalamantiam[h] reversi obvium in- 15 venerunt alium exercitum Ungariorum; qui comminati sunt bellum inferre amicis eorum, eo quod auxilia eorum sprevissent, dum illos ad tantam predam duxissent. Unde factum est, ut secundo vastaretur[i] Saxonia ab Ungariis, et priori exercitu in Dalamantia secundum expectante, 20 ipsa quoque in tantam penuriae miseriam ducta sit, ut aliis nationibus eo anno relicto proprio solo pro annona servirent.

XXI. Igitur patre patriae[3] et magno duce Oddone defuncto, illustri et magnifico filio Heinrico totius 25 Saxoniae [ipse[k]] reliquit ducatum[4]. Cum autem ei essent et alii filii, Thancmarus[l] et Liudulfus[m], ante patrem suum obierunt. Rex autem Cuonradus[n] cum saepe expertus esset virtutem novi ducis, veritus est ei tradere omnem potestatem patris[5]. Quo factum est, ut

912. *(Nov. 30).*

30 a) Centupulchro *B* 2. b) regi *om. B* 2. c) *sic A. C;* maurorum *B* 1; Morauorum *B* 2; marauarorum *Frut.* d) ad huc *duabus vocibus A.* e) a *om. B* 1. f) fere *om. C.* g) *sic A. B* 2; *modo* slaui, *modo* sclaui *B* 1; *plerumque* slaui, *nonnunquam littera* c *superscripta C.* Sclavi *etiam in Ann. Corbeiens. et in tabulis Heinrici et Ottonis I. semper scribitur.* h) in Dalmatiam *B* 2. i) vastarent saxoniam *C.* 35 k) ipse *erasum C, deest A. B* 1. *Ann. Mett. Frut.* l) thangmarus *A. B* 1. m) ludolfus *A;* Luitolfus *B* 2. n) chůnradus *A;* Cunradus *B* 2; conradus *C. Ann. Mett. Saxo;* chuonradus *Frut. Cf. supra p. 22, n.* 1.

et locos ibidem n. 3. *laudatos, quibus convenire videntur Ann. Ratispon. a.* 894, *SS. XVII, p.* 582: Arnolfus Ungarios eduxit. *Cf. etiam Isidor.* 40 *Orig. IX,* 2, 66: Abares . . . pernicibus equis Caucasi rupibus, ubi feras gentes Alexandri claustra cohibent, eruperunt. 1) *A.* 887—899. 2) *Swatopluk sive Zwentibaldus dux Moravorum, Rastislai nepos et successor a.* 870—894. 3) *Cf. infra I,* 39. *II,* 1. *III,* 49. 4) *Quomodo Frutolfus in autographo suo hunc locum mutaverit, describit* 45 *Bresslau 'N. Archiv' XXI, p.* 204 *sq.* 5) *Thietmar. I,* 7, *SS. r. G. p.* 5: iuvenis in vacuum succedens hereditatem iure et maximam

indignationem incurreret[a] totius exercitus[b] Saxonici; ficte tamen pro laude et gloria optimi ducis plura locutus[1] promisit se maiora sibi daturum et[c] honore magno glorificaturum[c]. Saxones[d] vero huiuscemodi simulationibus non adtendebant, sed[e] suadebant duci suo, ut, si honore paterno eum nollet sponte honorare, regi[f] invito quae vellet obtinere posset. Rex autem videns vultum Saxonum erga se solito austeriorem, nec posse publico bello eorum ducem conterere, subpeditante[g] illi fortium militum manu, exercitus quoque innumera multitudine, egit, ut quoquo modo interficeretur dolo;

B 1. 2.

*p. 427. (XXII.) *ad[h] hocque negotium habens, ut fertur, maxime idoneum Mogonciacae[i] sedis episcopum nomine Hathonem[k, 2]. Hic obscuro genere natus[3] ingenioque acutus, et[l] qui difficile discerneretur, melior consilio foret an peior. Quod ex uno eius actu colligi potest. Nam cum 902. bellum esset Cuonrado[m] regis Cuonradi[m] patri[n] et[o] Adelberto[p, 4] Heinrici ex sorore nepoti[q], primum[r]

a) *pro* incurreret 10 *litterae erasae C.* b) saxon. exerc. *B* 1. c) et — glorificaturum *om. C.* d) Saxonei *Ann. Mett.* e) sed suad. *om. C.* f) *sic A. C;* rege *B* 1. 2. *Ann. Mett.;* inuito eo *(scil.* rege*) Saxo.* g) suppetēte *B* 2. h) *haec est antiquissima recensio Widukindi, cuius textum etiam Thietmar. Sigebert. Frut. Saxo legerunt; cf. praefat.* i) mogontinae *Frut.* k) *sic B* 1 *(Thietmar.);* Hattonem *B* 2. *Sigebert. Frut. Saxo.* l) *sic B* 2. *Frut. Saxo;* ut *B* 1. *Cf. B. de Simson, 'N. Archiv' XV, p.* 571. m) *sic B* 1; Cunrad. *B* 2; chuonrad. *Frut. Falke p.* 401. n) patre *B* 1. o) et cum *Falke l. l.* p) *sic B* 1. 2, *cf. Sigebert. Frut.;* Adalberto *Falke.* q) nepote *Falke;* ex sorore nep. *om. B* 1. r) *sic B* 2 (primū). *Frut. Falke;* primus *B* 1.

benefitii partem gratuito regis suscepit ex munere. *Conradus Thuringiae pagos a patre Ottone administratos novo duci denegasse videtur. Cf. Waitz, 'Heinr. I.' p.* 197 *sqq.* 1) *Cf. Vergil. Aen. VII, v.* 599: nec plura locutus. 2) *Hatto I. erat archiepiscopus Moguntinus a.* 891—913. 3) *Hic Widukindus erravisse videtur. Cf. Dümmler, 'Ostfr. Reich' III, p.* 343, *n.* 4; *B. de Simson, 'N. Archiv' XV, p.* 572. 4) *Babenbergensi, de quo vide Dümmler l. l. p.* 522—527.

interfectus est[a] frater Adelberti; postea in ultionem fratris Cuonradus[b] quoque occisus est ab Adelberto[1], nec[c] ullus regum tam ingens bellum inter eminentes viros potuit[d] sedare. Summus postremo pontifex[2] mittitur ad sedandam tam ingentem discordiam; et ingressus civitatem Adelberti sub iureiurando spopondit[e] aut ei pacem cum rege facturum aut incolumem loco suo restituturum[f]. His pactis consentiens Adelbertus, fidei gratia et amicitiae quod dignaretur aliquid gustare, rogavit. Quo negante ilico egressus est urbem. Cumque pertransisset oppidum[3] cum omni comitatu, fertur clamasse[g]: 'Proh', inquit[h], 'saepius petit, qui oblata spernit; taedet me longioris viae tardiorisque horae. Nam ieiuni tota die non possumus ambulare'. Laetus Adelbertus inclinatur[i] ad genua pontificis et, ut gustandi gratia in urbem reverteretur, deposcit. Pontifex in urbem reversus cum Adelberto liberatur a lege iuramenti, ut sibi

906. *(Febr. 27).*

a) est, f. Adalberti p. *Falke.* b) *sic B* 1; Cunrad. *B* 2; chuonrad. *Frut. Falke.* c) ne *B* 1. d) sedare potuit *Falke.* e) *sic B* 1. 2. f) *sic B* 1. *Frut.;* constituturum *B* 2. g) *sic B* 1. *Frut.;* proclamasse *B* 2. h) inquiens *Frut.* i) inclinauit se *B* 2; ad genua pont. se letus inclinauit *Frut.*

1) *Cf. Mühlbacher, Reg. Imp. I, nr.* 1976 *b.* 2) *I. e. archiepiscopus Moguntinus. Köpke p.* 169. 3) *Cf. supra p.* 14, *n.* 1; *Hegel, 'N. Archiv' XVIII, p.* 216.

906. videbatur, eo quod incolumem eum loco suo constituisset[a]. Post haec regi a pontifice presentatus Luthowico[b] et dampnatus capi- 906. (Sept. 9). talem accepit sententiam[1].

C.

XXII. Erat autem ea 5 tempestate Magontiacae se- *p. 427.

*) *Tertiam recensionem, maxime retractatam, breviatam, mitigatam — cf. praefat. —, praebet A:* *Denique ab amicis regiis *p. 427. ei insidie[c] machinantur. Que tamen ab aurifice torquem auream ad usus doli fabricante detegun- 10 tur. Quidam enim insidias tendentium ingressus ad aurificem opus considerandi gratia eoque inspecto altius ingemuisse fertur. Tanti gemitus causam dum faber interrogat, hoc responsi accepit, quia optimi viri Heinrici post modicum 15 deberet illa torques sanguine infundi. Audita faber tanquam parvipendens silentio texit. Opere perfecto traditoque missionem petit et accepit, occurrensque duci iuxta locum qui dicitur Cassala[2] secreto interrogat, quo iturus esset. Ille 20 se ad convivium munusque honorificum invitatum et ad hoc ire velle respondit. Aurifex ilico audita prodit et ducem ab itinere prohibuit. Vocat autem legatum, qui ea hora invitandi eum gratia aderat[d], imperatque suis dominis 25 gratias agere pro fideli invitatione, non posse vero in presenti eos visitare propter repentinas barbarorum incursiones; ceterum in sui servitio incunctanter permansurum. Ad orientem autem versus cum suo comitatu collecta manu omnia 30 que erant pontificis, qui eo tempore Maguntie preerat, Hathonis[e] in omni Saxonia vel Thuringorum terra occupavit. Burchardum quoque et Bardonem, quorum alter gener regis erat, in tantum afflixit et bellis frequentibus contrivit, 35 ut terra cederent, eorumque omnem possessionem

a) restituisset *Frut. Cf. supra p.* 27, *l.* 15. b) ludouuico *B* 1; Lothouico *B* 2; ludewico *Frut.* c) insidiare *A.* d) ad erat *loco raso distinct. A.* e) *sic h. l. A.*

1) *Cf. Reg. Imp. I, nr.* 1982*a.* 2) *Kassel. Duo diplomata Conradi a.* 913. *die* 18. *mensis Februarii ibidem data DD. I, p.* 15. *Cf.* 40 *Waitz, 'Heinr. I.' p.* 21, *n.* 7.

*p. 428. *Hac igitur perfidia quid nequius[a]? Attamen uno capite caeso multorum capita populorum[1] salvantur[b]. Et quid melius eo consilio, quo discordia dissolveretur et pax redderetur[2]? Ea itaque varietate dis antistes nomine Hattho[c], acutus consilio, acer ingenio[3], et qui varietate sibi consueta multos mortales precederet. Hic volens placere regi Conrado Francorumque simul populo, arte solita virum nobis proprie a summa clementia[d] concessum aggressus est, fecitque ei torquem auream[4] fabricari, et invitavit ad convivium, quo magnis ab eo muneribus

---

suis militibus divideret. Hattho[e] autem videns suis artibus finem impositum[5] Saxonumque* res florescere, nimia tristicia ac morbo pariter confectus, non post multos dies deficiens, diem extremum obiit; vir magne prudentie, et qui tempore Ludewici adolescentis super imperio Francorum acri cura vigilabat, multas discordias in regno reconciliabat, templum Maguntie nobili structura illustrabat. *Sequitur cap. XXIII.*

a) *Meibom. ad hunc locum p.* 49 *(675): 'MS. Codex legit* iniquius'. b) *hic quoque ponit signum interrogationis B* 2. c) Hatho *corr.* Hattho *C.* d) clẹmentiae *corr.* clẹmentia *C.* e) *sic h. l. A.*

1) *Cf. B. de Simson, 'N. Archiv' XV, p.* 571, *n.* 1. 2) *Cf. Simson l. l. n.* 2. — *Hattoni, quod Adalbertum comitem, ut sua se sponte subiceret, commovit, tum perfidiose admisit, ut supplicium ab eo sumeretur, recte obiciatur an non, explorari nequit. Attamen fabulosam memoriam de Hattonis perfidia in Adalbertum commissa Widukindi tempore iam extitisse demonstratur Liudprandi Antapodosi II,* 6, *SS. r. G. p.* 30 *sqq., cui noster etiam nonnullis aliis locis assentitur. Similia de Adalberti supplicio tradunt ex rumore populari Ekkehardus IV. (Casus S. Galli, SS. II, p.* 83*), Otto Frisingensis (Chron. VI,* 15, *SS. XX, p.* 235*).* 3) *Sallust. Iug. c.* 7*; cf. supra p.* 10, *l.* 20. 4) *Apparet intellegi una de eis catenis, quae ex opinione vulgi erant, quales quemque vinctum paulatim artius se contrahentes oblidebant. Hoc perniciosum collaris artificium illustratur duabus simillimis narrationibus, altera a Leibnitio, Ann. Imp. II, p.* 263, *ex Walkenredanis monumentis desumpta, altera a Conrado Stolle, Memoriale (thüringisch-erfurtische Chronik) ed. R. Thiele (= 'Geschichtsqu. d. Pr. Sachsen' XXXIX) p.* 453 *sq., prolata. Cf. Waltharius v.* 1059, *ed. J. Grimm p.* 39, *cf. p.* 72 *(ed. H. Althof p.* 93*):* His dictis torquem collo circumdedit aureum. *Etiam qui Widukindum exscripserunt locum nostro sensu interpretati sunt. Thietmar. I,* 7, *SS. r. G. p.* 5: torquem aureum, in quo Heinricus occidi deberet, mira arte *etc.; Sigebert. SS. VI, p.* 346*:* torquem auream, quae collo ducis secum convivantis iniceretur. 5) *Cf. de hoc loco quae in praefatione dixi.*

honoraretur. Interea pontifex opus considerandi gratia ingreditur ad aurificem et visa torque ingemuisse fertur. Gemitus causam aurifex interrogat. Cui respondit, quia optimi viri[a] et sibi carissimi[b], scilicet Heinrici, sanguine illa torques deberet intingui. Aurifex audita silentio texit[c], et opere perfecto traditoque missionem petit[d] et accipit; et obvians duci eunti ad ea negotia indicavit ei quae audivit. Ipse autem vehementer iratus vocat legatum pontificis, qui iam pridem[e] aderat invitandi eum gratia: 'Vade', inquit, 'dic Hathoni[f], quia durius[g] collum non gerit Heinricus quam Adelberhtus[h], et quia melius rati sumus domi sedere et de eius servitio tractare quam comitatus nostri multitudine modo eum gravare'. [Is[1], ut ferunt, Adelberhtus[i], ab ipso quondam pontifice in fide susceptus, eius est consilio deceptus; quod quia non probamus[2], numquam adfirmamus, sed vulgi rumore[3] magis fictum credimus]. Et statim[k] omnia quae iuris ipsius[l.4] erant in omni[m] Saxonia vel Thuringorum terra occupavit. Burchardum[n] quoque et Bardonem[5], quorum alter gener regis erat, in tantum afflixit et bellis frequentibus contrivit[o], ut terra cederent eorumque omnem possessionem *suis[p] militibus divideret. Hatho[q] autem videns suis calliditatibus finem inpositum, nimia tristitia ac morbo pariter non post multos dies confectus[6] interiit. Fuerunt etiam qui dicerent, quia

*p. 428.

a) viri *om. C;* optimi sibique carissimi viri *Frut.* b) charissimi *B* 2. c) tegit *sec. manu corr.* texit *B* 1. d) petiit *C;* petiit et accepit *Frut.* e) iampridem *una voce B* 2. f) athoni *C;* Hattoni *B* 2. *Frut.* g) duriorem *C.* h) adelberthtus *C, postea vero* adelberhtus; *B* 1. 2. *Frut. semper* adelbertus. i) *sic h. l. C.* k) reuersus *add. Frut.* l) *sic B* 2. *C. Frut. = Saxo;* sui iuris erant *B* 1. *Cf. B. de Simson, 'N. Archiv' XV, p.* 568, *n.* 1. m) saxonia omni *B* 1. n) *sic B* 1. *Frut.;* Burghardum *B* 2. *C.* o) attriuit *B* 1. p) *sic B* 1. 2, *cf. supra p.* 29, *l.* 12; milit. suis *C. Frut.* q) Hatto *B* 2. *Frut.*

1) *Uncis inclusa praebet solus C, ut suppleatur quod in initio capitis de Adalberti nece sublatum fuerit. Haec post inserta esse vocabulum* ipsius *l.* 18. *indicat, non ad Adalbertum, sed ad Hattonem referendum, nec non* occupavit *absolute, sine subiecto, positum. Widukindi vero ea esse ex verbis* quod quia non probamus *colligi debet; cf. infra c.* 35: quae quia non probamus. 2) *I. e. non certo cognovimus.* 3) *Cf. Sallust. Cat. c.* 29: iam antea volgi rumoribus exagitatum. 4) *Scil. Hattonis.* 5) *Burchardum et Bardonem filios fuisse Burchardi ducis a.* 908. *occisi recte H. B. Wenck, 'Hess. Landesgesch.' II, p.* 546, *n.* e, *statuisse videtur; uter gener, i. e. sororius (supra p.* 11, *n.* 1*), regis fuerit, minime constat.* 6) *Cf. Sallust. Iug. c.* 9: paucos post annos morbo atque aetate confectus cum sibi finem vitae adesse intellegeret.

fulmine caeli tactus eoque ictu dissolutus diem* post tertium defecisset[1]. 913. *(Maii 15).*

XXIII. Rex autem misit fratrem cum exercitu in Saxoniam eam devastandam. Qui appropians urbi 915.
5 quae[a] dictiur Heresburg[b. 2], superbe locutum tradunt, quia nichil ei maioris[c] curae esset, quam quod Saxones pro muris se ostendere[d] non auderent, quo cum eis dimicare potuisset. Adhuc sermo in ore eius[e] erat[3], et ecce Saxones ei occurrerunt miliario uno ab urbe, et
10 inito certamine tanta[f] caede Francos[g] multati sunt, ut a mimis[4] declamaretur, ubi tantus ille infernus esset, qui tantam multitudinem caesorum capere posset. Frater autem regis Evurhardus[h] liberatus a timore absentiae[i] Saxonum — nam eos presentes vidit — et ab ipsis
15 turpiter fugatus discessit.

XXIIII. Audiens autem rex male[k] pugnatum a fratre, congregata[l] omni virtute Francorum, perrexit ad requirendum Heinricum. Quem compertum in presidio urbis quae[a] dicitur Grona[m. 5], temptavit[n] illud obpugnare
20 presidium. Et missa legatione pro spontanea deditione spondet se per hoc sibi amicum affuturum, non[o] hostem experturum[6]. Huic legationi intervenit Thiat-

*) *sic B* 1 *(ubi* defecisse*);* post tertium[p] diem defecisset *B* 2. *Frut.;* diem postremum defecisset *C.*

25 a) qui (q) *C.* b) *sic B* 2. *C. Frut.;* heresburch *(sed alibi* -burg*) A. B* 1; heresburh *Saxo.* c) maiori *B* 2. d) *seq. littera erasa* (t?) *A.* e) eius *om. B* 1; illius *Frut.* f) tantos *B* 1. g) franci *Frut.* h) *sic C;* eberhardus *A, postea saepius* everhardus; *B* 1. 2 *semper* euerhardus; eberhardus *Frut. Saxo.* i) absentium *A.* k) turpiter *A, repetitum e praecedenti versu.* l) congregato *C.* m) *sic omnes codices et Ann. Mett.;*
30 gruona *Frut. Saxo.* n) tentauit *B* 2; temtauit *C.* o) ne *C.* p) *cf. Sigebert.:* post triduum . . . periit.

1) *De die mortis Waitz, 'Heinr. I.' p.* 196. *Ekkehardo teste (Casus S. Galli, SS. II, p.* 89*)* Italica febre *consumptus est; quod historiae vix convenit. Dümmler, 'Ostfr. Reich' III, p.* 589, *n.* 1. 2) *Cf.*
35 *Ann. Corb. a.* 915, *SS. III, p.* 4: bellum in Heresburg *(hodie Stadt Ober-Marsberg ad fl. Diemel. Kuhlmann, 'Z. f. vaterländ. Gesch. u. Alterthumsk. Westf.' LVII,* 2, *p.* 39 *sqq.; Schuchhardt, 'Atlas vorgeschichtlicher Befestigungen in Niedersachsen' [*1902*] p.* 61 *sq.).* 3) *Daniel* 4, 28: Cumque sermo adhuc esset in ore regis. 4) *Iocu-*
40 *latores, histriones, scurrae saec. IX. et X. saepius memorantur; iidem* mimi *etiam in Ermenrici Elwangensis epistola ad Grimoldum abbatem Sangallensem et archicapellanum Ludowici II. imp., ed. Dümmler (Halis* 1873*) p.* 24. *et iam SS. II, p.* 101, *n.* 39, *nominati sunt. Cf. Waitz, 'VG.' ed.* 2. *VI, p.* 318, *n.* 3*; Scherer, 'Gesch. der D. Litteratur' ed.* 6.
45 *p.* 59 *sqq.* 62. 5) *Grone villam prope Gottingam verisimillimum; Waitz, 'Heinr. I.' p.* 24. 6) *Cf. infra III,* 53: amicum per id adepturum, non hostem experturum.

marus[a, 1] ab oriente[2], vir disciplinae militaris peritissimus, varius consilioque magnus, et qui calliditate ingenita[b] multos mortales superaret[c]. Hic superveniens legatis regis presentibus interrogat, ubi vellet exercitum[d] castra[e] metari. At ille iam suasus cedere Francis[f, 3], accepit fiduciam, audiens de exercitu, credens ita esse; Thiatmarus vero ficte loquebatur. Cum[g] quinque enim[h] tantummodo viris venerat[i]. De[k] numero autem legionum sciscitante[l] duce, ad triginta[m] fere legiones se producere posse[n] respondit. Et ita delusi legati regressi sunt ad regem. Vicit vero eos calliditate sua Thiatmarus, quos ipse dux ferro[o] vincere non potuit Heinricus. Nam antelucanum[p] relictis castris[q] Franci, unusquisque rediit[r] in sua.

917. XXV. Rex autem profectus in Boioariam[s] dimicavit cum Arnulfo[4], et ibi, ut quidam tradunt, vulneratus revertitur in patriam suam. Cumque se morbo sen- 918. sisset[t] laborare pariter cum defectione primae fortunae, vocat fratrem, qui eum visitandi gratia adierat[u], quemque[v] ita alloquitur: 'Sentio', inquit, 'frater, diutius me istam vitam tenere non posse, Deo, qui ordinavit ita[w], imperante, gravique morbo id cogente. Quapropter

a) diethmarus, *post duabus vicibus* dietmarus *A; thiatmarus B 1 prima manu et B 2 semper;* thietmarus *B 1 secunda manu et postea semper;* thiadmarus *C et postea;* dietmarus *Frut.;* thietmarus *Saxo.* b) ingenti *B 1;* ingenii *B 2. Saxo.* c) superauerat *Saxo.* d) exercitus *C.* e) castra *om. Frut.* — metiri *corr.* metari *B 1.* f) francus *radendo corr.* francis *C.* g) Cum — venerat *om. C; cf. infra n.* k. h) enim *om. A.* i) ueniebat *B 1.* k) De — respondit *om. B 1; cf. supra n.* g. l) scisitante *C.* m) XXX *A. Frut. Saxo.* n) posse *om. C.* o) uincere ferro *A.* p) ante lucanum *duabus vocibus A. B 2;* ante lucem *Mett.* q) castris *om. C.* r) redit *C.* s) *sic C;* bawariam *A. B 1 (ubi interdum* boioariam, baiwariam*). Saxo;* Baioariam *B 2. Mett.* t) sentiret *Mett. Saxo.* u) *sic B 1. 2. Mett. Saxo;* aderat *A. C.* v) quem *B 2.* w) ita ord. *B 1.*

1) *Comes, ni fallor, pagi Nordthuringowe, Heinrico rege inter primores Saxoniae; cf. infra c.* 36. Thitmarum comitem, pueri Heinrici magistrum, *commemorat Vita Mahthildis ant. c.* 3, *SS. X, p.* 576. *Obiit a.* 932. *Quae vero de ipso hoc loco traduntur, ex populi ore procul dubio hausta sunt.* 2) *Hoc vocabulo Wid. pagos in orientali limite Saxoniae positos indicare videtur. Cf. infra II,* 18. *et saepius. Waitz, 'Heinr. I.' p.* 24, *n.* 6. 3) *Nota particulam hexametri.* 4) *Arnulfum a.* 917. *rebellasse tradunt Ann. Alam. (SS. I, p.* 56*) [et Continuator Reginonis, SS. r. G. p.* 155*]; tunc secundo contra eum profectus est Conradus eumque Liudprando teste (II,* 19 *[SS. r. G. p.* 35*]) ad Ungarios expulit. WAITZ. Cf. Dümmler, 'Ostfr. Reich' III, p.* 612. *Aliter Mühlbacher, Reg. Imp. I, nr.* 2042 *d.* 2039 *a.*

considerationem tui habeto, et quod ad te maxime respicit, 918. Francorum toto[a] regno consulito[b], mei[c] adtendendo, fratris tui, consilio. Sunt nobis, frater[d], copiae exercitus[e] congregandi atque ducendi[f], sunt urbes et arma 5 cum regalibus insigniis et omne quod decus regium[1] deposcit preter fortunam atque mores. Fortuna, frater[g], *p. 429. cum *nobilissimis moribus Heinrico cedit, rerum publicarum secus Saxones summa est. Sumptis igitur his insigniis, lancea[h] sacra, armillis aureis cum clamide et 10 veterum gladio regum ac diademate[2], ito[i] ad Heinricum, facito pacem cum eo, ut eum foederatum possis habere in perpetuum. Quid enim necesse est, ut cadat populus Francorum tecum coram eo? ipse enim vere rex erit et imperator multorum[k] populorum'. His dictis frater 15 lacrimans se consentire respondit. Post haec[l] autem rex[m] ipse moritur[3], vir fortis et potens, domi militia- (Dec. 23). que[n. 4] optimus, largitate serenus et omnium virtutum insigniis[o] clarus; sepeliturque in civitate sua Wilinaburg[p. 5], cum moerore ac lacrimis omnium Francorum[6].

20 XXVI. Ut ergo rex imperarat, Evurhardus[q] adiit Heinricum seque cum omnibus thesauris illi tradidit, pacem fecit, amicitiam promeruit; quam fideliter fami-

a) *sic etiam Mett.;* toti *iterum B 2, cf. supra p. 23, n. e; om. Saxo;* omni *Frut.* b) consulto *C.* c) mei *om. B 2;* meo *Frut.; Saxo recte* mei. d) frater *om. B 1. Frut.* 25 e) exercitum *B 1. Saxo.* f) 12 *litterae erasae C.* g) frater *supra linea insert. B 1;* Frater, fort. *Saxo.* h) sacra lancea *B 1.* i) et ito *C.* k) pop. mult. *Frut. Saxo.* l) 8 *litterae erasae C.* m) ipse rex *A. B 2;* ipse *om. Frut. Saxo; cf. supra p. 25, n. k.* n) *sic et Mett. Frut.;* domi et milicia *Saxo;* militiaeque *B 2 hic et saepius.* o) insignis *A.* p) *sic A. C. Frut.;* wilinaburch *B 1;* wilinaburh, *postea* wilineburh *Saxo;* viliniburch 30 *Thietmar.;* Quidelingaburg *B 2.* q) *sic Mett. (Thietmar.);* eberhardus *A. Frut.;* euerhardus *B 1. 2. Saxo;* euuthardus *C, et ita saepius.*

1) *Sallust. Iug. c.* 33. 72: contra decus regium. 2) *Cf. infra II,* 1. *De sacra lancea, quae hic primum et forsitan praemature commemoratur, Waitz, 'VG.' ed.* 2. *VI, p.* 289, *n.* 2. 3) *De die* 35 *cf. Waitz, 'Heinr. I.' p.* 201 *sq.* 4) *Hanc quoque figuram (cf. infra II,* 33. *III,* 44. 51. *et cet.) auctor noster Sallustio debet, qui* domi militiaeque *habet Cat. c.* 5. 6. 9. 53. *et aliis locis.* 5) *Weilburg ad fluvium Lahn. Regem* in Fulda monasterio *tumulatum esse Cont. Reginonis, SS. r. G. p.* 156, *dicit, ex quo Annales Mettenses haec recepisse* 40 *videntur:* sepeliturque in monasterio Fuldensi. *Cf. Mariani Scotti Chron. a.* 940 *(*918*), SS. V, p.* 553; *Dümmler, 'Ostfr. Reich' III, p.* 616, *n.* 2. *Widukindi error inde profectus est, quod Conradus natu maior, regis pater, in Wilinaburg urbe sepultus erat.* 6) cum planctu et lacrimis plurimarum gentium *infra I,* 41; cum gemitu et 45 lacrimis omnium Saxonum *II,* 41; cum fletu et planctu omnium Francorum *III,* 47; cum luctu et planctu multorum populorum *III,* 57.

919. (Maio). liariterque usque in finem obtinuit. Deinde[a] congregatis principibus et natu maioribus exercitus Francorum in loco qui dicitur Fridisleri[b, 1], designavit eum regem coram omni populo Francorum atque Saxonum. Cumque ei[c] offerretur unctio cum diademate a summo pontifice, qui eo tempore Hirigerus[d] erat[2], non sprevit, nec tamen suscepit: 'Satis', inquiens, 'michi est, ut pre maioribus meis[e] rex dicar et designer, divina annuente gratia ac vestra pietate; penes meliores vero nobis unctio et diadema sit: tanto honore nos indignos arbitramur'[f, 3]. Placuit itaque sermo iste coram universa multitudine[4], et dextris in caelum levatis[g] nomen novi regis cum clamore valido salutantes frequentabant.

XXVII. Eo ordine rex factus Heinricus perrexit cum omni comitatu[5] suo ad pugnandum contra Burchardum[h] ducem[i] Alamanniae. Hic cum esset bellator intolerabilis, sentiebat tamen, quia valde prudens erat, congressionem regis sustinere[k] non posse, tradidit semet ipsum ei cum universis urbibus et populo suo[l]. Et rebus prospere gestis transiit inde in Boioariam[m], cui 921? presidebat Arnulfus[n] dux. Quo comperto in presidio urbis quae[o] dicitur Reginesburg[p] obsedit eum. Videns autem Arnulfus[n], quia resistere regi non sufficeret, apertis portis egressus est ad regem, tradito semet ipso cum omni regno suo. Qui honorifice ab eo susceptus amicus regis appellatus est[6]. Rex autem de die in

a) *hoc loco maior littera initialis* D *rubro colore picta in A.* b) *sic A. B 2. C. Thietmar. Mett.;* fridislere *B* 1; frideslere *Saxo;* friteslare *Frut.* c) off. ei *B* 1. *Mett.* d) *sic A. C;* hirisgerus *B* 1; Herigerus *B* 2. *Frut. (Thietmar. Saxo).* e) mei *A.* f) arbitramus *B* 1. g) datis *Mett.* h) burghardum *C semper;* Burckhardum *B* 2. i) Alam. ducem *B* 2. *Saxo.* k) sustinere *om. Mett.* l) suo *om. B* 1. m) *sic C;* bawariam *A;* baiwariam *B* 1; Baioariam *B* 2. *Mett.* n) *sic h. l. et B* 2. o) qui *C.* p) *sic A. B* 2; raginesburch *B* 1; raeginesburg *C;* ragenesburc *Mett.*

1) *Fritzlar ad fluvium Eder. De tempore huius conventus cf. Waitz, 'Heinr. I.' p.* 203 *sqq.; Reg. Imp. II, p.* 4. 2) *Archiepiscopus Moguntinus, successor Hattonis, a.* 913—927. 3) *Alia quoque causa maioris momenti Heinricus, ut unctioni ecclesiasticae renuntiaretur, commotus esse videtur. Cf. Waitz l. l. p.* 40. 217—221; *Maurenbrecher, 'Gesch. der Deutschen Königswahlen' p.* 46. *Aliter Lindner, 'Die Deutschen Königswahlen und die Entstehung des Kurfürstenthums' p.* 20 *sqq.* 4) *Actus ap.* 6, 5: Et placuit sermo coram omni multitudine. *Cf.* 3. *Reg.* 3, 10. 5) *De sensu huius vocis cf. Waitz, 'Heinr. I.' p.* 43, *n.* 3. *et 'VG.' ed.* 2. *VI, p.* 324, *n.* 1; *B. de Simson, 'N. Archiv' XV, p.* 568. 6) *Wid. utitur stilo Romano. Cf. Manitius, 'Deutsche Gesch. unter den sächs. und sal. Kaisern' p.* 48, *n.* 1; *Reg. Imp. II, nr.* 2 *b. De re Riezler, 'Gesch. Baierns' I, p.* 330, *n.* 1, *et Waitz, 'VG.' V, p.* 69, *n.* 4.

diem[a] proficiens et crescens, robustior maiorque ac clarior pollebat. Cumque regnum sub antecessoribus suis ex omni parte confusum civilibus atque externis bellis colligeret[b], pacificaret et adunaret, signa movit contra Galliam et Lotharii regnum.

XXVIII. Lotharius enim erat filius Hluthowici[c] imperatoris a Magno Karolo nati. Huic erant fratres Karolus et Hluthowicus[d]. Karolo Aequitaniae[e] et Wascanorum[f] cessere regiones[1], terminum habens[g] ab occidente Barcillonam[h] Hispaniae[i] urbem, ab aquilone Brittannicum[k] mare et ad[l] meridiem iuga Alpium, ad orientem vero Masam[m. 2] fluvium. Inter Masam[m. 2] vero fluvium et Renum[n] Lothario regnum cessit. Hluthowico[o] autem a Reno usque ad fines Illirici[p] et Pannoniae, Adoram[q. 3] quoque fluvium et terminos[r] Danorum imperium erat. Sub his fratribus bellum famosum actum est in Phontinith[s. 4], antequam haec divisio regni[t] fieret. Postea vero[u] facta inviolabiliter mansit, quousque iure hereditario haec regna omnia cederent Karolo[5], huius Lotharii[v] proavo, de quo supra[6] mentionem fecimus.

*p. 430. *XXVIIII. Hunc quidam ex orientalibus Francis adiens nomine Oda[w], vir fortis et prudens, egitque[x] consilio suo, ut cum Danis bene pugnaretur, qui iam multis annis Karoli[y] regnum vexabant, unaque die ex eis ad centum milia caederentur[7]. Ex hoc ille Oda[w]

a) die *C.* b) et *add. B* 2. c) ludewici *A. Frut.;* Ludouici *B* 2; luthouici *C.* d) luthuuicus *h. l. C.* e) *sic C;* equitanee *sec. manu corr.* aquitanee *B* 1; aquitanie *A. B* 2. *Frut.* f) wasconorum *A;* wasconie *Frut.* g) habentes *B* 1. h) barcilonam *A;* Barcinonam *B* 2; barcelonam *Frut.* i) spanie *A.* k) brittanicum *C;* Britannicum *B* 2. *Frut.* l) ad *om. A.* m) mosam *B* 1. 2; masan *C.* n) Rhenum *B* 2 *et Frut. semper.* o) Ludwico *A;* ludowicus *B* 1; luthuuico *C.* p) Illyrici *B* 2; Yllirici *Frut.* q) *sic C;* Ad Oram *B* 2; odoram *A. B* 1 *(non* odoramque*). Frut.* r) terminum *B* 2. s) Ph *e corr. C;* Fontinith *B* 2; Phontinich *Frut.* t) regni *om. B* 1. u) pace *add. B* 1. v) Ludouici *B* 2; Ludewici filio *Frut.* w) ǒto (outo) *Frut. semper.* x) egit *B* 1. y) regni karoli *B* 1.

1) *Pacto Verdunensi a.* 843. 2) *Maas.* 3) *Eider, quae et* Aegidora, Agadora, Egdora, Eidora. *Econtra Oder fl. a nostro infra II,* 21. Odera *dicitur.* 4) *Fontenoy, a.* 841. 5) *Haec non de Karolo II. Calvo, Lotharii abavo, sed Karolo III. (Crasso) dici possunt, quem Karoli Simplicis patrem a nostro fingi iam Bouquet, 'Recueil' VIII, p.* 217, *n.* b, *annotavit. (Noster aeque ac Liudprandus, Antap. I,* 5. 14 *[SS. r. G. p.* 6. 13*] Karolos duos Calvum et Crassum pro uno habuit et pro filio eius Karolum Simplicem, Hludowici Balbi posthumum. PERTZ). Cf. supra p.* 22, *n.* 1. 6) *Cap.* 16. 7) *De urbis Parisiacae adversus Nordmannorum impetum defensione auctor fortasse cogitavit, ceterum quae de Odone et Karolo Simplice exhibet, omnino falsa et fabulosa sunt. Odo filius fuit comitis Rotberti, post Karoli III.*

clarus et insignis habitus et a rege secundus[1] significatus, cum ad eum venerit[a] uno tantum servulo comite[b] contentus[2]. Moriens autem Karolus iussit Odonem memorem[c] beneficii sui fore, et misericordiam sibi prestitam filio, si nasceretur, non negaret. Nam filius ei tunc non erat[d], sed regina pregnans fuit[e, 3]. Cumque post mortem patris filius nasceretur, Oda eum et regno pariter et nomine paterno declaravit[f]. Sed Arnulfus imperator, qui seniorem[4] Karolum Germania expulit[g], post[h] mortem eius[i] omne[5] regnum ipsius[k] sibi vendicavit. Huic Oda et[l] diadema et sceptrum et cetera regalia ornamenta obtulit, imperiumque[m] domini sui gratia[m] imperatoris Arnulfi obtinuit[6]. Unde usque hodie certamen est de regno Karolorum[n] stirpi et posteris Odonis[o, 7], concertatio quoque regibus Karolorum[p] et orientalium Francorum super regno Lotharii.

920. XXX. Ob quod Heinricus rex movit castra contra Karolum eiusque saepius fudit exercitum[8], iuvitque virum fortem fortuna[9]. Nam Huga[q], cuius pater Rod-923. berhtus[r], filius Odonis[s], ab exercitu Karoli occisus est[10], misit et dolo eum cepit[11] posuitque in custodia publica,

a) ueniret *Frut.* b) cont. com. *B* 1. c) benef. sui mem. *B* 1. *Frut.* d) fuit *B* 1. e) erat *B* 1; *cf. supra n.* d. f) *sic A. B* 2. *C. Frut.*; depriuauit *B* 1. g) expulit *coaeva manu corr.* expulsit *C.* h) p. m. eius *om. C.* i) ipsius *B* 1. k) eius *B* 1; *cf. supra n.* i. l) et *om. B* 2. m) inperioque (*fortasse corr.* inperiumque) d. s. gratiam *B* 1. n) stirpi karoli *Frut.* o) odoni *h. l. A. C, sed cf. infra n.* s. p) karolingorum *Frut.* q) hugo *A. Mett. Frut.* r) robertus *A*; rodbertus *B* 1. 2; robberhtus *C*; *om. Mett.* s) *sic h. l. etiam A. C*; oddonis *Mett.*

(Crassi) depositionem a Francis occidentalibus rex constitutus, quam dignitatem Karolus Simplex, Ludowici Balbi filius, ei eripere conatus est. Rotberti patrem Witichinum e Germania immigrasse tradit Richerus I, 5. 1) *Cf. infra II,* 2: Saxonum optimus et a rege secundus. 2) *Cf. Sulp. Severi Vita Martini c.* 2: uno tantum servo comite contentus. *H.-E.* 3) *Ludowici Balbi uxor Adelheidis marito mortuo demum a.* 879. *Sept.* 17. *filium peperit, ideo Karolus III. regnum sibi vindicavit.* 4) *I. e. Karolum III, sed de eodem Widukindus iam antea dixit.* 5) *Minime. Cf. Dümmler l. l. III, p.* 321, *n.* 1; *Waitz, 'VG.' V, p.* 92, *n.* 2. 6) *Cf. Ann. Vedast. a.* 888, *SS. I, p.* 525 *sq.; Dümmler III, p.* 321, *n.* 5. 7) *Ipse liberis carebat, sed fratris sui Rotberti filius fuit Hugo Magnus.* 8) *Wid. has res nimis breviter perstringit, ideoque quin errores commiserit, fieri non potuit. Cf. Waitz, 'Heinr. I.' p.* 50; *Reg. Imp. II, nr.* 1*a.* 9) *Livii Ann. XXXIV,* 37: fortis fortunam adiuvare aiebant; *Terentii Phormio I,* 4, *v.* 25: fortis fortuna adiuvat. 10) *In pugna Suessionica a.* 923. *Iun.* 15. 11) *Non Hugonem, sed Heribertum Viromandensem comitem Karolum captum tenuisse constat. Cf. Waitz, 'Heinr. I.' p.* 71; *Parisot, 'Le royaume de Lorraine sous les Carolingiens' p.* 656, *n.* 2.

donec vitam finiret[1]. Heinricus autem rex audiens casum[a] Karoli dolebat[2] humanaeque mutabilitatis communem[b] admiratus est fortunam, quia non minori claruit religiositate quam armorum virtute. Iudicavitque[c] abs-
5 tinere quidem ab armis, verum potius arte superaturos[d] speravit Lotharios[e, 3], quia gens varia erat et artibus assueta, bellis[f] prompta mobilisque ad rerum novitates. Eo tempore erat quidam de Lothariis nomine Cristianus[g], qui videns regi cuncta prospere procedere[4], quaesivit,
10 quomodo maiori gratia apud regem honoraretur; et[h] simulata infirmitate[5] vocavit ad se Isilberhtum[i, 6], cui principatus regionis paterna successione cessit[7], cepitque eum arte et sub custodia regi[k] Heinrico transmisit. Erat autem Isilberhtus nobili genere ac familia antiqua
15 natus. Quem rex satis laetus suscepit, quia per ipsum solum totum Lotharii regnum se habiturum arbitratus est. Deinde videns adolescentem valde industrium, genere ac potestate, divitiis quoque clarum, liberaliter eum coepit habere, ac[l] postremo desponsata sibi filia
20 nomine Gerberga[m, 8] affinitate pariter cum amicitia iunxit eum[n] sibi[9], sublegato[o] omni ei[p] Lotharii regno.

XXXI. Genuit quoque ei et alios filios clara et nobilissima ac singularis prudentiae regina nomine Mahthilda[q], primogenitum mundi amorem[r, 10] nomine

25 a) casu *B* 1. b) communemque *A.* c) Indicabitque *C.* d) *sic codd.;* superandos putauit *Frut.* e) lotharingos *Frut. et postea Mett.* f) *sic codicibus et B 2 et Frutolfo habentibus iam in archetypo scriptum fuisse fere probatur. B. de Simson, 'N. Archiv' XV, p.* 574, inbellis *emendandum esse proposuit. Cf. infra II,* 15*:* Lothariis, generi hominum inbelli. g) x̄pianus *A et Mett.;* Christianus *B* 2. h) et *om. A.* i) isil-
30 bertum *A. B* 1 *semper;* Giselbertum *B* 2 *plerumque;* isberhtum, *alibi* hisberht. *C;* islbertum *Mett.;* gisilbertum *Frut. Saxo;* gislebertum *Sigebert.;* Isliberhtum *Falke p.* 471. k) regi *om. B* 1. l) et *B* 2. *Saxo.* m) gerbirga *Frut. Saxo.* n) eum *om. B* 2. o) legato *C.* p) ei *om. B* 1. *Saxo.* q) *sic B* 1. *Frut.;* mahtilda *A;* Mathilda *B* 2. *C;* Mechtildis *Gobelin. Cf. supra p.* 1, *n.* c. r) amatorem *B* 1.

35 1) *A.* 929. *die* 7. *mensis Octobris.* 2) *Cf. Parisot l. l. p.* 652, *n.* 4. 3) *Haec verba B. de Simson, 'N. Archiv' XV, p.* 574 *sq., interpretatus est.* 4) *Sallust. Cat. c.* 26: insidiae . . . prospere cessere; 52, 29: prospere omnia cedunt. 5) *Cf. infra II,* 4. *III,* 50. *Auctorem ex Iustino II,* 15 (et nunc in itinere infirmitate simulata) *hausisse credit Manitius,*
40 *'N. Archiv' XI, p.* 58. 6) *Saxones hoc nomen sine* G *aut* K *scripsisse codices Widukindi omnes et Annales Corbeienses a.* 939, *SS. III, p.* 4 (Isliberhtus), *plane ostendunt.* 7) *Patre Reginario mortuo a.* 915. *Giselbertus Lothariorum princeps fuit et dux. Haec eius captivitas, quam solus Wid. tradit, fabulosa esse videtur. Cf. Waitz, 'Heinr. I.'*
45 *p.* 81; *Reg. Imp. II, nr.* 12 *d.* 8) *Giselbertus Gerbergam non ante a.* 928. *duxit. Cf. Waitz p.* 121; *Reg. l. l. nr.* 22 *b.* 9) *Sallust. Iug. c.* 7: sibi multos ex Romanis familiari amicitia coniunxerat. 10) *Cf. infra p.* 42, *l.* 2: in amore mundi et totius orbis capite.

Oddonem[a], secundum patris nomine insignitum, virum fortem et industrium Heinricum, tertium quoque nomine Brunonem, quem pontificis summi ac ducis magni vidimus officium gerentem[1]. Ac ne quis eum culpabilem super hoc dixerit, cum Samuelem[b] sanctum[c] et alios plures sacerdotes pariter legamus et iudices[2]. Aliam quoque filiam[d] genuit[3], quae *nupserat Hugoni duci[4]. [*p. 431.] Erat namque ipsa domina[e] regina[f] filia Thiadrici[g], cuius fratres erant Widukind[h], Immed et Reginbern[5]. Reginbern autem ipse erat, qui pugnavit contra Danos multo tempore Saxoniam vastantes, vicitque eos, liberans patriam ab illorum incursionibus usque in hodiernum[i] diem[k, 6]. Et hi erant stirpis magni ducis Widukindi[l], qui bellum potens[m] gessit contra Magnum Karolum per triginta ferme annos[7].

924. XXXII. Cumque iam civilia bella cessarent, iterum[8] Ungarii[n] totam Saxoniam percurrentes urbes

a) ottonem *A. Frut. Gobelin.* b) *sic A. B 1. 2. Frut.;* samuhelem *C Italico more.* c) sanctum *om. B 1.* d) genuit filiam *C.* e) domna *Falke p.* 416. f) regina *om. C.* g) *sic et Vita Deoderici I. episcopi Mettensis auctore Sigeberto Gemblacensi, SS. IV, p.* 464, *cf. praefat.;* Thiaderici *B 2;* theoderici *A et Frut.;* Thiderici *Gobelin.* h) widikind immed et reinbern. Reimbern autem *A;* uuidikind immed et reinbern. Reginbern autem *B 1;* Vuidekind, Immet, Reginbern. Reginbern autem *B 2;* uuidukin. inmed et raeginberth *(corr.* raeginbert, h *expunct.).* raeinbern autem *C;* windukin, immed et reinbern. Reinbern autem *Vita Deoderici l. l.;* Witikint et Inmod et Reginbern. Reginbern autem *Frut.;* Witikind, Immod, et Reinbern *Gobelin.;* Widukind Immed et Rainbern ex (ex *pro* et *in coll. cod. Dresd. A apud Leibnitium, SS. r. Brunsv. p.* 214, *iam falso legitur)* Raginbern. Rainbern autem *Falke p.* 416, *cf. Grupen, Obs. I, p.* 552. 553. i) odiernum *C.* k) diem *om. B 2.* l) widikindi *A. B 1;* Vuidekindi *B 2;* vidukindi *C;* windukindi *Vita Deoderici l. l.;* witikindi *Frut.;* Witekindi *Gobelin.;* Widukindi *Falke l. l., cf. Grupen I, p.* 552. m) potens *om. B 1.* n) Ungari *B 2 semper. Saxo.*

1) *Archiepiscopum Coloniensem a.* 953—965. *Oct.* 11; *cf. praefat. Natus est circa a.* 925. 2) *Cf. Mittag p.* 8, *qui Widukindum Ruotgeri Vita Brunonis c.* 23, *SS. r. G. p.* 24 *sq., usum esse proponit.* 3) Hadeuui *dictam in dipl. Heinrici I. nr.* 37, Haduidis *in dipl. mariti ipsius Hugonis ducis Franciae a.* 937, *'Recueil' IX, p.* 721, *cf. ibid.* 618. *Waitz p.* 114, *n.* 5; *Köpke-Dümmler, 'Jahrbücher, Otto d. Grosse' p.* 16, *n.* 5. 4) *Scil. Franciae, patri Hugonis Capeti; matrimonium a.* 937. *contractum esse statuit Dümmler l. l. p.* 62. 5) *Cf. de hoc loco Waitz p.* 17, *n.* 8. 6) *Quo anno haec victoria fuerit, non satis constat; forsitan a.* 885. *Cf. Dümmler, 'Ostfr. Reich' III, p.* 240, *n.* 1. *et p.* 334; *Waitz p.* 33, *n.* 1. *Ceterum infra II,* 20. *nova Danorum hostilia commemorantur. — Aliam opinionem defendit E. ab Uslar-Gleichen, 'Das Geschlecht Wittekinds d. Grossen und die Immedinger' p.* 53 *sqq.* 7) *Cf. supra p.* 21, *l.* 17. *et n.* 7. 8) *Cf. supra c.* 20. — *Eis, quae Widukindus de Heinrici bellis cum Ungariis gestis narrat, subesse memoriam fabulosam vel adeo carmen antiquissimum Carolo Bruckner simile veri videtur: 'Studien zur Gesch. der sächsischen Kaiser' (Dissert. Basil.* 1889) *p.* 7—17. *Cf. Bernheim, 'N. Archiv' XX, p.* 79.

et oppida incendio tradiderunt et tantam caedem ubi- 924.
que egerunt, ut ultimam depopulationem comminarent[a].
Rex autem erat in presidio urbis quae dicitur Werlaon[b, 1].
Nam rudi adhuc militi et bello publico insueto contra
5 tam saevam gentem non credebat. Quantam autem
stragem[c, 2] fecerint illis diebus aut quanta monasteria
succenderint, melius iudicavimus[d] silere quam calami-
tates[e] nostras verbis quoque iterare. Contigit autem
quendam ex principibus Ungariorum[f] capi vinctumque
10 ad regem duci. Ungarii vero ipsum in tantum dilexerunt,
ut pro redemptione illius[g] innumera auri et argenti pon-
dera offerrent. Rex autem spernens aurum expostulat
pacem, tandemque obtinuit, ut reddito captivo cum aliis
muneribus ad novem annos pax firmaretur[h].

15 XXXIII. Quando[i, 3] vero rex Renum transierat
ad dilatandum super Lotharios imperium[k] suum, occurrit
ei legatus Karoli, et salutato eo[l] verbis humillimis:
'Dominus meus', inquit, 'Karolus, regia quondam pote-
state preditus, modo privatus, misit me ad te deman-
20 dans, quia nichil ei ab inimicis circumvento iocundius,
nichil dulcius esse possit quam de tui magnifici pro-
fectus gloria aliquid audire, fama virtutum tuarum con-
solari. Et hoc tibi signum fidei et veritatis transmisit';
protulitque de sinu manum preciosi martyris Dionisii[m]
25 auro gemmisque inclusam. 'Hoc', inquit, 'habeto pignus
foederis perpetui et amoris vicarii. Hanc partem unici
solatii Francorum Galliam inhabitantium, postquam nos
deseruit insignis martyr Vitus ad nostram perniciem
vestramque perpetuam pacem Saxoniam visitavit, com-
30 municare tecum maluit. Neque enim, postquam trans-

a) comminarentur *B* 2. *Saxo.* b) *sic et Gobelin.;* werlahon *Frut.;* werle *Saxo.*
c) fecerint stragem *A.* d) iudicabimus *C.* e) nostras calam. *B* 1. f) hungariorum
hoc solo loco Mett., alibi ungarii. g) illius *om. B* 1. h) confirmaretur *B* 2.
i) Quoniam *A.* k) impetum *C.* l) eo *om. C.* m) *sic A. C (sed alibi* dyonisii*).*
35 *Thietmar. Mett. Frut. Saxo. Sigebert.;* dyonisii *B* 1; Dionysii *B* 2.

1) *Palatium regale prope Burgdorf ad fl. Ocker. Cf. Lüntzel, 'Gesch.
der Diöcese und Stadt Hildesheim' I, p.* 426 *sqq.; H. de Strombeck,
'Zeitschr. d. Harz-Vereins f. Gesch. u. Alterthumsk.' III* (1870),
p. 930 *sq.; Waitz, 'Heinr. I.' p.* 78, *n.* 1. 2) *Cf. supra p.* 25, *l.* 4 *sq.*
40 3) *Cap.* 33. *et* 34. *ab auctore post inserta esse Köpke, 'Widukind' p.* 21,
asseruit, Raase p. 11. *refutavit. De tempore huius trans Rhenum expedi-
tionis (a.* 923. *aut* 925*?) cf. Reg. Imp. II, nr.* 10*a; eam factam esse
priusquam Karolus ab Heriberto captus fuerit (supra p.* 36, *l.* 21*) opi-
natur Lippert, 'König Rudolf von Frankreich' p.* 32.

latum est corpus eius[a] a nobis, civilia vel externa cessavere bella; eodem quippe anno Dani et Northmanni[b] regionem nostram invaserunt'[1]. Rex autem munus divinum cum[c] omni gratiarum actione suscipiens prosternitur reliquiis sanctis et deosculans eas summa veneratione veneratus est.

XXXIIII. Inclitus vero martyr[2], de quo legatus Karoli disseruit, erat in Licia[d. 3] provincia nobili natus familia, sed pagana. Quem pater presidi provinciae Valeriano presentavit, eumque ipse[e] preses ad inmolandum simulacris[f] coegit; sed interea manum perdidit et oratione ipsius iterum sanam recepit. Brachia tortoribus aruerunt, sed meritis martyris restituta[g] sunt eis. Videns autem pater, quia tormenta irrisit, domum reduxit[h], cubiculo omnibus deliciis affluenti reclusit. Ibi cum archana quaedam Hylas[i] — sic enim vocabatur pater eius — conspiceret, caecus efficitur. Et coactus idolis[k] abrenunciavit, Christum confessus est. Illuminatus autem per merita filii sui Viti Christum negavit et filium interficere quaesivit. Monitu angelico atque ductu Modestus, iam gravior pedagogus, puerum sumit, mare navigat[l], ad Siler[4] fluvium pervenit. Ibi sub arbore quadam requiescentes vacant orationibus, aquilis victum cotidianum[m] ministrantibus. Populis eum[n] visitantibus puer predicat Christum, plures convertit, plures baptismum suscipere fecit. Post haec a Diocletiano caesare vocatus Romam proficiscitur, et filio imperatoris per orationem[o] Viti a daemonio purgato, thura[p] diis offerre *cogitur. Illi[q] vero durius[r] imperatori respondente, bestiis proicitur nec laeditur. Deinde in medium clibani ardentis iactatur, et[s] angelo flammas sedante illaesus egreditur. Vinculorum ingenti ferro oneratus

*p. 432.

a) eius *om.* *B* 2. b) *sic B* 1 *(*r *post superscr.) et C;* nortmanni *A. Frut. Saxo;* Normandi *B* 2. c) cum *om. Frut. = Saxo;* suscip. cum omni grat. act. *B* 1. d) litia *B* 1; Lycia *B* 2. e) praeses ipse *B* 2. f) simulachris *A. B* 2. g) restituti *C.* h) reduxit *om. B* 1. i) Hilas *B* 2; ylas *C.* k) ydolis *A.* l) nauigauit *C.* m) cottidianum administrantibus *B* 1. n) enim *C.* o) beati *sec. manu add. C, sicut saepius.* p) tura *C.* q) Illo *B* 2. r) diutius *B* 1. s) et *om. B* 1.

1) *Reliquiae S. Viti a.* 836. *in Corbeiam translatae sunt; et inde ab annis* 834. *et* 836. *Nordmannorum incursiones re vera increbuerunt.* 2) *Quod sequitur Wid. ex Passione S. Viti saec. VI. vel VII. composita excerpsit, quam vide in Actis SS. Bolland. Iun.* 15. *II, p.* 1021 *sqq., ed. noviss. III, p.* 499 *sqq.* 3) *Sic habent pro* Sicilia *et plures codices ipsius Passionis. Cf. Acta SS. l. l. p.* 501, *n.* b. 4) *Hodie Sele, in provincia Salernitana.*

carceri traditur, sed ibi a Domino et multitudine angelorum visitatur. Postremo tormento quod catasta dicitur cum Modesto et quadam nobili femina Crescentia figitur et fractis omnibus membrorum motibus a Christo consolatur. Nam fulmine caeli tortores tacti et tonitru[a] ingenti perterriti ab eo fugantur. Subitoque repertus est[b] in[c] loco, ubi prius orationi vacabat, angelo Domini ibi eum restituente; et ultima oratione celebrata animas caelo tradiderunt. Corpora vero Florentia, quaedam illustris femina[1], terrae tradidit in eodem loco qui dicitur Marianus[2]. Eius ultimam orationem tuae gloriae significare curavi, ut[d] inde sumas, quo eius amore ardeas et ardore ipsius amoris perpetuum eius patrocinium merearis. 'Domine', inquit[e], 'Iesu Christe, fili Dei vivi, perfice desiderium[f] cordis eorum* et libera eos ab omnibus inpedimentis huius saeculi et perduc eos ad gloriam tuam, qui pro me glorificant te et[g] volunt gloriari de mei martyrii passione'. Hanc vocem subsecuta est sponsio[h] divinae promissionis rata et firma esse omnia quae rogasset. Post multa vero[3] tempora Romam veniens quidam Fulradus[i] nomine[4] et ibi gesta legens preciosi martyris notavit locum sepulcri. Veniensque levavit reliquias sacras et collocavit[k] eas in pago Parisiaco. Inde regnante Hluthowico[l] imperatore translatae sunt in Saxoniam, et ut legatus Karoli confessus est[5], ex hoc res Francorum coeperunt minui, Saxonum vero

*) qui in tuo nomine volunt gloriari de mei martyrii passione *pergit B* 1, *ubi mox* et volunt — passione *desunt*[6].

a) tonitruo *B* 1. b) est *om. B* 1. c) in loco *om. C.* d) ut inde sumas *om. Meibom p.* 11 *(639).* e) Iesu Christe, inquit *B* 2. f) *sequitur* meum *linea perducta delet. C.* g) *cf. supra n.* *. h) div. sp. prom. *B* 1. i) folradus *A. Frut.* k) locauit *Frut.*; collocauitque *B* 2. l) ludewico *A. Frut.*; Luthouuico *B* 2; hluthuuico *C.*

1) *Haec in posteriore S. Viti historia* principissa Salerni *dicitur.* 2) *Ubi hic locus situs esset, saepe ac multum disputaverunt; cf. Acta SS. l. l. p.* 504 *sqq. Secundum nostrum haud dubie iuxta Sele fl. quaeri debet.* 3) *Cf. Transl. S. Viti, SS. II, p.* 576 *sqq. et Jaffé, Bibl. I, p.* 4 *sqq.* 4) *Abbas monasterii S. Dionysii prope Lutetiam Parisiorum (*† 784*).* 5) *Cf. supra p.* 39, *l.* 26 *sqq.* 6) *Textum codicis B* 1 *Passioni S. Viti (Acta SS. l. l. p.* 503*) maxime et verbum verbo congruere de Simson, 'N. Archiv' XII, p.* 597 *sq. (cf. ibid. XV, p.* 572*), perspexit. Sed cum B* 2, *qui cum codice B* 1 *consentire solet, hic codicum A et C exhibeat lectionem, apparet fratrem quendam Corbeiensem vel quemcumque librarium orationem S. Viti e Passione eius in pristinam formam in B* 1 *redegisse.*

crescere[1], donec[a] dilatatae ipsa sua[b] iam magnitudine laborant, ut videmus in amore mundi et totius orbis capite, patre tuo, cuius potentiae maiestatem non solum Germania, Italia atque Gallia, sed tota fere Europa non sustinet. Colito itaque tantum[c] patronum, quo adveniente Saxonia ex serva facta est libera et ex tributaria multarum gentium domina[2]. Neque enim talis ac tantus summi[d] Dei amicus tui gratia indiget, nos vero famuli[e] ipsius indigemus. Unde ut eum possis habere intercessorem apud caelestem imperatorem, habeamus[f] te advocatum[g] apud terrenum regem, tuum scilicet patrem atque fratrem.

XXXV. Igitur Heinricus rex accepta pace ab Ungariis ad novem annos quanta prudentia vigilaverit in munienda patria et in expugnando barbaras nationes, supra nostram est virtutem edicere, licet[h] omnimodis non oporteat taceri. Et primum quidem ex agrariis militibus nonum[i] quemque eligens in urbibus habitare[k] fecit, ut ceteris confamiliaribus suis octo habitacula extrueret, frugum omnium tertiam partem exciperet servaretque. Ceteri vero octo seminarent et meterent frugesque colligerent nono et suis eas locis reconderent. Concilia et omnes conventus atque convivia in urbibus voluit celebrari; in quibus extruendis die noctuque operam dabant, quatinus in pace discerent, quid contra hostes in necessitate facere debuissent[l,3]. Vilia aut

a) donec *om.* *B* 1. b) iam sua *A.* c) tantum *om.* *A.* d) dei summi *B* 1. e) ipsius famuli *B* 1. f) habeat *C, aliis erasis.* g) aduocatam *B* 2. h) liceat *A. C.* i) nouem *B* 1. k) fecit hab. *B* 1. l) deberent *B* 1.

1) *Cf. Ev. Ioh.* 3, 30: Illum oportet crescere, me autem minui; *Livii praef.*: Res . . . eo creverit, ut iam magnitudine laboret sua; *ibid. I,* 2: rem Troianam crescere ratus; magnitudine sua *etiam Sallust. Cat. c.* 53. *Nimis severe de hoc loco iudicare videtur Hauck, 'KG.' III, p.* 312, *n.* 9. 2) *Ierem. Thren.* 1, 1: facta est quasi vidua domina gentium, princeps provinciarum facta est sub tributo. 3) *Cf. quae de muris monasterii Hersfeldensis tunc exstructis tradunt Mirac. S. Wigberti c.* 5, *SS. IV, p.* 225. — *De hac Widukindi narratione litterarum vasta moles exstat. Cf. Waitz, 'Heinr. I.' p.* 231 *sqq., ac nuper C. Rodenberg, 'Mitth. d. österr. Inst.' XVII, p.* 161 *sqq.; Keutgen, 'Untersuchungen über den Ursprung der D. Stadtverfassung' p.* 42 *sqq. et 'Neue Jahrbüch. f. d. klass. Altert. Gesch. u. D. Litt.'* 1900. *p.* 287 *sqq. Heinrici institutiones ad orientales quasdam Saxoniae partes spectasse mihi persuasum habeo.*

nulla[a] extra urbes fuere moenia[1]. Tali lege ac disciplina cum cives assuefaceret[2], repente irruit super 928. Sclavos[b] qui dicuntur Hevelli[c], et multis eos preliis fatigans[d], demum hieme asperrima castris super glaciem 5 positis cepit urbem quae[e] dicitur Brennaburg[f. 3] fame ferro frigore. Cumque illa urbe potitus omnem[g] regionem signa vertit[h] contra Dalamantiam[i], adversus[k] quam iam olim reliquit ei pater militiam[4]; et obsidens urbem quae dicitur Gana[l. *. 5], vicesima[m] tandem die cepit 10 eam. Preda[6] urbis militibus tradita, puberes omnes[n] interfecti, pueri ac puellae captivitati servatae[o]. Post haec Pragam adiit[p] cum omni exercitu, Boemiorum[q] urbem, regemque eius[7] in deditionem accepit; de quo quaedam mirabilia predicantur, quae quia non probamus[8], 15 silentio tegi iudicamus. Frater[r] tamen[s] *erat Bolizlavi[t. 9], *p. 433. qui quamdiu vixit[10] imperatori fidelis et utilis mansit[11].

*) Kietni[12] *A.*

a) aut ullā *in codice quodam Frutolfi, SS. VI, p.* 182, *n.* c; *Reineccius p.* 13. *recepit* autem, *Leibn. p.* 215. *in cod. Dresd. (A)* aut olā *(pro* nulla*) legi annotavit, quod falsum* 20 *esse Ebert diserte monuit, ego quoque confirmare possum. Locus vexatissimus igitur sanus et integer. Atque perperam putavit Giesebrecht I, p.* 811 *sq. eum postea esse insertum; sententias tam breves construere vel adeo abrumpere id ipsum Widukindi est.* b) flauos *corr.* slauos *A;* slauos *C.* c) heueldi *C, postea et ipse* heuelli. d) fatigare *B* 1. e) qui *C.* f) *sic A. B* 2. *C. Frut.;* berneburch *B* 1; brinnaburg *Mett.;* 25 branneburh *Saxo;* brennaburch *Sigebert.* g) et omni regione *B* 2, *cf. Frut.* h) reg. signasset *B* 1. i) dalmatiam *B* 1. 2; dalmantiam *Mett. Frut. Saxo.* k) aduersis *C.* l) *sic B* 1. *C. Mett.;* Grona *B* 2; grana *Frut.;* urbem grane *Saxo;* gana *corr.* granam *Sigebert.* m) uicesimo *Frut. Saxo.* n) omnes *om. B* 1. o) reseruatę *C;* sunt seruati *B* 1; seruatae sunt *Frut.* p) adito *B* 2. q) Bohemorum *B* 2. r) pater 30 *Frut.* s) erat tamen *B* 1. t) *sic B* 2; bolizlai *A;* borizlaui *B* 1; boritlaui *C;* bolizlawi *Frut.*

1) *Cf. Hegel, 'N. Archiv' XVIII, p.* 214; *Wattenbach, 'DGQ.' ed.* 6. *II, p.* 511. 2) *Caesar B. G. IV,* 1: cum a pueris nullo officio aut disciplina assuefacti. 3) *De nominis forma et origine cf.* 35 *Tschirch, Brandenburgia V, p.* 277. 4) *Cf. supra p.* 23, *l.* 11 *sqq.* 5) *Tres vici huius nominis, Jahna, Ober- et Niederjahna, a Meissen inter occidentem et septentrionem paulo distant. Cf. Waitz, 'Heinr. I.' p.* 124, *n.* 3. *Jahna rivulus prope Riesam a sinistra parte in Albim cadit.* 6) *Cf. Sallust. Iug. c.* 54. 91; *supra p.* 17, *n.* 1. 7) *Wences-* 40 *laum I. a.* 926—935. *Bohemiae ducem (non regem), qui postea canonizatus est; cuius nomen Wid. ignorasse videtur.* 8) *Cf. supra p.* 30, *n.* 1. 9) *I. Crudelis (*935—967*).* 10) *Obiit a.* 967. *Iul.* 15; *cf. praefat.* 11) *Non ad Wenceslaum, sed ad Bolizlaum haec referenda, imperatorem esse Ottonem Wattenbach et Köpke p.* 16. *recte statuerunt;* 45 *cf. infra II,* 3: Bolizlaf . . . ex eo regi fidelis et utilis permansit. *Iam vero Bachmann, 'Gesch. Böhmens' I, p.* 129, *antiquum errorem renovavit.* Frater — mansit *post addita esse Köpke l. l. censuit, cui Waitz assensus est.* 12) *Nescio, num Widukindus an scriptor codicis Dresdensis, olim Veterocellensis, hoc nomen pro* Gana *posuerit; nec de* 50 *situ loci quicquam constat. Cf. Waitz p.* 124, *n.* 3.

Igitur rex Boemias[a] tributarias faciens[1] reversus est in Saxoniam.

929. XXXVI. Cumque vicinae gentes a rege Heinrico factae essent tributariae, Apodriti[b], Wilti[c], Hevelli[d], Dalamanci[e], Boemi[f], Redarii[2], et pax esset, Redarii defecerunt a fide, et congregata multitudine inpetum fecerunt in urbem quae[g] dicitur Wallislevu[h, 3] ceperuntque eam, captis et interfectis omnibus habitatoribus eius, innumerabili videlicet multitudine. Quo facto omnes barbarae nationes erectae iterum rebellare ausae sunt. Ad quarum ferocitatem reprimendam traditur exercitus cum presidio militari[4] Bernhardo[i], cui ipsa Redariorum provincia erat sublegata[k], additurque legato[5] collega[l] Thiatmarus[m, 6], et iubentur urbem obsidere quae (Sept. 3). dicitur Lunkini[n, 7]. Quinto[o] obsidionis die venere custodes exercitum barbarorum[p] non longe esse adnuntiantes[q], et quia nocte contigua inpetum in castra[r] facere decrevissent. Cumque plures eadem confirmarent, populus fidem paribus dabat dictis. Et cum conventus[s] esset populi[t] circa tentoria legati[u], eadem hora collega dictante precepit, ut per totam noctem parati essent, ne qua forte irruptio barbarorum in castra[v] fieret. Cum autem dimissa esset multitudo, in castris variavere

a) *sic C. Mett.;* Bohemias *B* 2; boemios (boemos *B* 1) tributarios *A. B* 1. *Saxo;* boemia tributaria facta *Frut.* b) Abotriti *B* 2. c) *sic A et Thietmar.;* uiulti *B* 1; Vulzi *B* 2; *om. C;* wilzi *Saxo.* d) heuelle *B* 1; heuelle *corr.* heuelli *C; cf. Thietmar. I,* 10. heuellun. e) *sic h. l. A. C;* dalmaci *B* 1; Dalmatae *B* 2; dalmantii *Saxo.* f) Bohemi *B* 2; boemii *Saxo.* g) qui *C.* h) *sic C;* wallisleu *A;* wallisleui *B* 1; Vuallisleuui *B* 2; wallisleuo *Thietmar.;* uuallislehim *Mett.;* wallisleue *Saxo.* i) bernardo *Mett. Sigebert.* k) subiugata *Mett. Saxo.* l) legato *corr.* collega *C.* m) diethmarus *A;* thiamarus *Mett.;* thietmar. *Saxo;* tietmar. *Sigebert.* n) *sic A. B* 2. *C. Saxo;* lunkani *B* 1; lunkim (*non* lunkini), *ni fallor, Mett.* o) Quinta *Mett.* p) barbarum *A.* q) dicentes uel annuntiantes *B* 1. r) *seq.* iudei *linea perducta delet. C.* s) uentus *C.* t) populi *om. B* 1. u) tentoria, legati *A, ut in archetypo distinctum fuisse videtur (cf. Mett. Sax.);* tentoria, legatus *B* 2. v) castris *Mett.*

1) *Mirum, quod Bachmann, 'Gesch. Böhmens' I, p.* 135 *sq., hoc ad Bolizlaum et ad a.* 950. *retulerit.* 2) *Redariorum sedes circa Rethram fanum ac metropolim eorum in terra Strelitziensi extensas accuratissime investigavit Lisch, 'Jahrb. d. Ver. f. meklenb. Gesch. u. Alterthumsk.' III, p.* 1 *sqq. Cf. Hirsch, 'Jahrb. Heinr. II.' I, p.* 259 *sqq.* 3) *Walsleben vicum prope Albim inter Werben et Arneburg situm. Cf. Waitz, 'Heinr. I.' p.* 127, *n.* 5. 4) *Cf. Waitz l. l. p.* 127, *n.* 8. 5) *Idem fere quod aevo Karolingico* missus *significare videtur; sed praecipue de comitibus in limitibus regni positis dicitur. Cf. Waitz l. l. p.* 103 *sq.* 240 *sq.; Köpke p.* 110. *An hic quoque exemplum Sallustii (Iug. c.* 52; *cf. infra p.* 46, *n.* 2) *interfuerit?* 6) *Cf. supra p.* 32, *n.* 1. 7) *Lenzen in dextra ripa Albis fl. infra Wittenberge. Waitz l. l. p.* 128, *n.* 1.

moestitia[a] pariter atque laetitia, aliis bellum formidantibus, aliis autem desiderantibus; et pro qualitate morum inter spem metumque[1] versabantur[b] bellatores[c]. Interea dies transit, et nox solito tenebrosior cum ingenti pluvia[2] adest nutu divino, quatinus consilium pessimum inpediretur[d] barbarorum. Ut ergo iussum est, tota nocte illa armati erant Saxones, et primo diluculo dato signo[e] sacramentoque accepto[f], primum ducibus, deinde unusquisque alteri operam suam sub iuramento promittebat ad presens bellum[3]. Orto autem sole[4] — nam post pluviam clara redit[g] serenitas —, erectis signis procedebant castris[h]. In prima quidem fronte legatus in barbaros inpetum faciens, sed cum pauci non prevalerent adversus innumerabiles, reversus est ad exercitum referens, quia barbari non plures haberent equites[i], peditum vero innumerabilem multitudinem et nocturna pluvia in tantum inpeditam, ut vix[k] ab equitibus coacti ad pugnam procederent. Igitur sole cadente in humida vestimenta barbarorum, fumum ascendere fecit usque in caelum, spem fiduciamque prestans Dei[l] populo, cuius faciei claritas atque serenitas circumfulsit illos[5]. Igitur dato signo et exhortante legiones legato cum clamore valido irruunt in hostes. Cumque nimia densitate iter pertranseundi hostes non pateret, dextra[m] laevaque[6] ferro erumpentes, quoscumque a sociis secernebant[n], neci dabant[7]. Cumque[o] iam bellum gravaretur[m], et multi hinc atque inde caderent[8], et adhuc barbari ordines tenerent, legatus collegam, ut legionibus auxilio esset, expostulat. Ille vero prefectum cum quinquaginta armatis lateri[p] hostili inmisit et ordines conturbavit; ex hoc caedi[q] fugaeque tota die hostes patebant. Cum

929. *(Sept. 4).*

a) par. mestitia *B* 1. b) uersabant . . . . *corr.* uersantibus *C.* c) bellatores *in loco raso C.* d) impeditur *C.* e) signo *om. C.* f) *hucusque Mett., sermone abrupto.* g) rediit *B* 2. *Saxo.* h) castris *om. B* 2. i) equitates *C.* k) vix *om. B* 2. l) populo dei *B* 1. m) dextra — gravaretur *om. C.* n) se sternebant *B* 2. o) cum *B* 1. p) letari *B* 1. q) cede *A.*

1) *Vergil. Aen. I, v.* 218: spemque metumque inter dubii. 2) *Cf. infra II,* 14: pluvia, quae ingens erat. 3) *Idem in proelio adversus Ungarios a.* 955. *commisso Wid. iisdem fere verbis tradit III,* 44. *De re cf. Waitz p.* 128, *n.* 3. 4) *Cf. Ann. Corb. a.* 929, *SS. III, p.* 4: oriente sole facta est pugna valida iuxta flumen quod vocatur Alpia contra Sclavos. 5) *Ev. Lucae* 2, 9: claritas Dei circumfulsit illos. 6) *Vergil. Aen. VI, v.* 486: dextra laevaque frequentes. 7) *Vergil. Georg. III, v.* 480: genus omne neci pecudum dedit. *Id. infra III,* 52. 8) *Cf. supra p.* 14, *l.* 16 *sq.*

929. ergo per[a] omnes agros caederentur, ad urbem vicinam fugere temptabant[b]. Collega autem hoc eis precavente, proximum mare[1] ingressi sunt, et ita factum est, ut omnis illa nimia multitudo aut gladio consumeretur aut in mari mergeretur. Nec peditum ullus superfuit, equi- 5 tum rarissimus[c], deponiturque bellum cum casu omnium adversariorum. Ingens interea oritur laetitia ex recenti[d] victoria, dum omnes laudant duces, unusquisque vero militum predicat alium[e], ignavum quoque, ut in tali (Sept. 5). fortuna solet fieri[2]. Postera[f] autem luce movent signa 10 urbi prefatae; urbani vero arma deponunt, salutem tantummodo deposcunt ac merentur. Inermes igitur urbe egredi[g] iussi; servilis autem conditio et omnis pecunia cum uxoribus et filiis et omni suppellectili barbarorum regis[h] captivitatem *subibant. Ceciderunt[3] etiam[i] ex 15 *p. 434. nostris in illo prelio duo[k] Liutharii[l] et alii nobiles viri nonnulli. Igitur legatus cum collega et aliis principibus Saxoniam victores reversi honorifice a rege sunt suscepti satisque laudati, qui parvis copiis divina favente clementia magnificam perpetraverint victoriam. 20 Nam fuere qui dicerent barbarorum ducenta milia caesa. Captivi[m. 4] omnes postera[n] die, ut promissum habebant, obtruncati.

XXXVII. Itaque recentis victoriae laetitiam augebant nuptiae regales, quae eo tempore magnifica largi- 25 tate celebrabantur[o]. Nam rex dedit filio suo Oddoni[p]

a) per *post add. C;* omnes per agros *B* 1. b) tentabant *B* 2; temtabant *C.* c) rarissimi *B* 1. d) crescenti *C.* e) euangelium (!) alium *B* 2. f) Postea *C.* g) degressi *corr.* egredi *C.* h) *post* regis *punctum collocat A.* i) autem *B* 1; tamen *Saxo.* k) duo *om. C.* l) lutharii *A;* luitharii *B* 1; lotharii *Saxo.* m) captiui 30 *corr.* capiti *C.* n) die postera *B* 1. o) celebrantur *A. B* 2. p) *sic et B* 1. 2; *cf. supra p.* 22, *n.* b.

1) *Redde 'See', non 'Moor', sicut Wattenbach. Prope Lenzen nonnulli quamvis minores lacus in locis depressis siti sunt; cf. R. Virchow, 'Verhandl. der Berliner Gesellsch. für Anthropologie, Ethnologie und Urge-* 35 *schichte'* 1886. *p.* 424. 2) *Sallust. Iug. c.* 53: Igitur pro metu repente gaudium exortum: milites alius alium laeti appellant, acta edocent atque audiunt, sua quisque fortia facta ad caelum fert. Quippe res humanae ita sese habent: in victoria vel ignavis gloriari licet, advorsae res etiam bonos detrectant. 3) *Cf. Ann. Corbeienses a.* 929, *SS. III,* 40 *p.* 4: prostrati sunt de paganis 120 milia, captivi vero 800; de nostris vero duo duces Liutharii, quidam vero vulnerati, alii autem prostrati. *De Liuthariis vide Thietmar. I,* 10, *SS. r. G. p.* 7 *sq., et quae ibi annotata sunt. Quorum alter erat comes de Walbeck, alter de Stade.* 4) *Haec cum eis quae antecedunt parum convenire recte monuit Giese-* 45 *brecht I, p.* 812. *et post addita esse censet. Cf. Waitz, 'Heinr. I.' p.* 130, *n.* 3.

coniugem filiam Ethmundi[a, 1] regis Anglorum, sororem 929.
Adalstani[b, 2]; quae genuit ei[3] filium nomine Liudulfum[c],
virum magnum meritoque omnibus populis carum, filiam
quoque nomine Liudgardam[d], quae nupserat Cuonrado[e]
Francorum[4] duci.

XXXVIII. Rex autem cum iam militem haberet 932.
equestri prelio probatum, contra antiquos hostes, videlicet Ungarios[f, 5], presumpsit inire certamen. Et convocato[g] omni populo[6] tali oratione[h] eos[i] est affatus: 'Olim ex omni parte confusum a quantis periculis imperium[k] vestrum modo sit liberum, vos ipsi melius nostis, qui civilibus discordiis et externis bellis totiens[l] attriti laborabatis. At nunc propitia nobis summa divinitate[m], nostro labore, vestra[n] virtute pacatum collectumque cernitis, barbaros superatos et servituti subiectos. Quod superest, necesse habemus, ut contra communes hostes Avares pariter[o] consurgamus. Vos hucusque[p], filios filiasque vestras expoliavi et aerarium eorum replevi; nunc templa templorumque ministros ut expoliem cogor, absque nudis corporibus nulla nobis alia remanente pecunia. Consulite igitur vobis ipsis, et quid super hac re nobis[q] sit faciendum, eligite. Thesaurum divinis officiis sanctificatum tollamne[r] et dabo pro nostra redemptione Dei inimicis? an certe addam cultui divino pecunia[s] honorem, ut ab[t] ipso potius redimamur, qui vere noster extat creator pariter et[u] redemptor?' Ad haec populus levavit voces in caelum, inquiens se a Deo vivo et vero redimi omnimodis desiderare, quia fidelis et iustus sit in omnibus viis suis et

a) eathmundi *Sigebert.* b) adelstani *Saxo.* c) *sic B* 1. 2. *C;* ludolfum *A;* luitolfum *Frut.;* liudolfum *Saxo.* d) *sic B* 2; ludgardam *A;* liutgardam *B* 1. *Saxo. C corr. e* liuthargam. e) conrado *h. l. A. B* 2. *C. Saxo.* f) Ungaros *B* 2. *Saxo.* g) uocato *C.* h) ratione *B* 2 *(non B* 1*).* i) est (ē) eos *A.* k) imperium *om. C.* l) toties *B* 2. *C.* m) diuina *B* 1. n) uestraque *B* 2. o) simul *add. B* 2. p) huc usque *duabus vocibus A et Saxo.* q) sit nobis faciendum *B* 1. r) tollam *B* 1. s) *sic A. B* 2; pecunie *B* 1; pecuniam *C; om. Saxo.* t) ab *om. B* 1. u) ac *C.*

1) *Edgitham, filiam Eadwardi regis (*901—924*), sororem Eadmundi (*940—946*), quae eodem forte errore a Liudprando IV,* 17. regis Hadelstani fratris filia *nominatur.* 2) *Tunc (*924—940*) regis Anglorum, qui Eadwardo patri post mortem eius successerat.* 3) *Iam anno sequenti.* 4) *Immo Lothariorum (inde ab a.* 944*), cf. infra II,* 33. *Sed quia Conradus circa Wormatiam possessionibus abundabat, in posterioris aevi fontibus saepius dux Wormatiensis vocatur. Dümmler, 'Otto d. Gr.' p.* 102*; cf. Köpke p.* 126. 5) *Cf. infra II,* 5: antiqui hostes Ungarii; *II,* 14: antiqui hostes nostri Ungarii. 6) *De Saxonibus et vix de tota gente cogitandum esse patet.*

932. sanctus in omnibus operibus suis[1]. Operam suam deinde promittens regi[a] contra gentem acerrimam[b], dextris in caelum elevatis[c] pactum firmavit. Tali itaque pacto cum populo peracto dimisit rex multitudinem. Post haec legati Ungariorum[d] adierunt regem pro solitis muneribus, sed ab eo spreti in terram suam vacui
933. sunt[e] reversi. Haec audientes[f] Avares, nichil morati[g] cum gravi hostilique manu festinant intrare Saxoniam. Et iter agentes per[h] Dalamantiam[i] ab antiquis opem petunt amicis[2]. Illi vero scientes eos festinare ad Saxoniam Saxonesque[k] ad pugnandum cum eis[l] paratos, pinguissimum pro[m] munere eis proiciunt canem. Et cum non esset iniuriam vindicandi locus ad aliam pugnam festinantibus, cum ridiculosa satis vociferatione longius prosequuntur[n] amicos. Igitur quam potuerunt repentino inpetu intrant fines Thuringorum, illam[o] totam terram hostiliter pervagantes. Ibique divisis sociis alii ad occidentem pergebant, ab occidente et meridie Saxoniam quaerentes intrare. Sed[p] Saxones pariter cum Thuringis congregati inito cum eis certamine, caesis ducibus, ceteros illius exercitus occidentalis[q] per[r] totam illam regionem errare fecerunt. Quorum alii fame consumpti, alii[s] frigore dissoluti, alii autem caesi vel capti, ut digni erant, miserabiliter perierunt. Qui autem in oriente remansit exercitus audivit de sorore regis, quae nupserat Widoni[3] Thuringo[t] — erat namque illa[u] ex concubina[v] nata —, quia vicinam urbem[w] inhabitaret[x], et multa pecunia ei esset[y] auri et argenti; unde tanta vi urbem obpugnare[z] coeperant[a], ut, nisi nox visum

a) regi *om. C.* b) asperrimam *B* 1. c) leuatis *Saxo.* d) Ungarorum *B* 2. *Saxo.* e) rev. sunt *C. Frut.* f) audientes *om. B* 1. g) sunt. *add. A.* h) per *om. B* 1. i) Dalmatiam *B* 2; dalmantiam *Saxo.* k) saxones (que *om.*) *A.* l) esse *add. B* 1. m) eis pro munere *A.* n) prosecuntur *A, sicut alibi.* o) totam illam terram peruag. hostil. *B* 1. p) Sed *om. B* 1. q) occidentales *B* 1. r) per *supra linea superscr. B* 1. s) alii *om. A.* t) thuringorum *B* 1. u) illa *om. C. Saxo.* v) con- *in loco raso, ut videtur, A.* w) urbem *om. C.* x) inhabitarent *A. B* 1. y) essent *C.* z) expugnare *B* 2. a) *sic A. B* 1. 2. *C. Saxo, non* coeperunt, *sicut Waitz scripsit.*

1) *Cf. Psalm.* 144, 17: Iustus Dominus in omnibus viis suis et sanctus in omnibus operibus suis; *ibid. v.* 13: Fidelis Dominus in omnibus verbis suis et sanctus in omnibus operibus suis. 2) *Cf. supra c.* 17. 20. 3) *De Widone, eius uxore atque urbe certi nihil constat; Kirchhoff, 'Forschungen z. D. Gesch.' VII, p.* 575 *sqq., et Voigt, 'Die Pöhlder Chronik und die in ihr enthaltenen Kaisersagen' (Dissert. Hal.* 1879*) p.* 33 *sqq., de castello Jechaburg prope Sondershausen cogitaverunt.*

pugnantibus inpediret, urbem caperent. Ea vero nocte 933.
audientes de casu sociorum regisque super eos adventu (*Mart.* 14).
cum valido exercitu — nam castra metatus est rex
iuxta locum qui dicitur Riade[a. 1] —, timore perculsi[b]
5 relictis castris more suo igne fumoque ingenti agmina
*p. 435. diffusa *collegerunt. Rex vero postera die producens (*Mart.* 15).
exercitum exhortatus est, ut spem suam divinae clementiae
committerent, divinum sibi auxilium quemadmodum
in aliis preliis adesse non dubitarent; communes omnium
10 hostes esse Ungarios[c]; ad vindictam patriae parentumque
solummodo cogitarent: hostes cito[d] terga vertere
vidissent, si viriliter certando persisterent. His optimis
verbis erecti[e] milites imperatoremque in primis, mediis
et ultimis versantem videntes[2] coramque eo angelum[3]
15 — hoc enim vocabulo effigieque signum maximum erat
insignitum — acceperunt fiduciam magnamque constantiam.
Rex vero veritus est, quemadmodum evenit, ut
hostes viso milite armato fugae statim indulsissent;
misit legionem Thuringorum cum raro milite armato,
20 ut inermes prosequerentur et[f] usque ad exercitum protraherentur[f].
Actumque est ita; sed nichilominus videntes
exercitum armatum fugerunt[g], ut per octo[h] miliaria
vix pauci caederentur vel[i] caperentur[4]. Castra
vero invasa, et omnis captivitas liberata est.

25 XXXVIIII. Rex vero victor reversus modis omnibus
gratiarum actiones divino honori, ut dignum erat,
solvebat pro victoria de hostibus sibi divinitus concessa,
tributumque[k], quod hostibus dare consuevit, divino

a) *sic B* 1. *C;* riede *A. Saxo;* Ria-||ede *B* 2. b) perculse *corr.* perculsi *B* 1.
30 c) Ungaros *B* 2. *Saxo.* d) vero (ṽ) *A.* e) certi *A.* f) et — protraherentur
om. C. g) fugierunt *B* 1. h) ut peracto miliario *B* 2. i) aut *B* 1. k) Tributum
(que *om.*) *A. Saxo.*

1) *Fortasse Rittburg ad Unstrut fluvium aut unus de aliis ibidem sitis
locis qui dicuntur Ried. Cf. Waitz, 'Heinr. I.' p.* 153 *sqq.* 253 *sq. Ex
35 eo de hac re egerunt Küstermann in 'Thüringische neue Mittheilungen
a. d. Gebiet hist.-antiqu. Forschungen' XVII, p.* 408—415; *idem in
'Zeitschr. d. Harz-Ver.' XXIX, p.* 520 *sqq.; Fabarius in 'Neue Mitth.'
XIX, p.* 241 *sqq.; Kirchhoff in 'Jahresbericht des Thür.-Sächs. Ver.
f. Erforsch. d. vaterländ. Altertums'* 1895/96. *p.* 30 *sqq.* 2) *Sallust.
40 Iug. c.* 45: in agmine in primis modo, modo in postremis, saepe in
medio adesse. 3) *Scil. Michaelem. Cf. Koppmann, 'Jahrb. d. Ver. f.
niederd. Sprachforschung'* 1876. *p.* 115; *K. E. H. Krause, 'N. Archiv'
XVI, p.* 611 *sq.; E. Gritzner, 'Symbole und Wappen des alten deutschen
Reiches' (Lips.* 1902*) p.* 18 *sqq.* 4) *Cf. Ann. Corb. a.* 933, *SS. III,
45 p.* 4: Ungariorum exercitus ab Heinrico rege interfectus est.

933. cultui mancipavit[1] et largitionibus pauperum deservire constituit. Deinde pater patriae, rerum dominus imperatorque ab exercitu appellatus[2] famam potentiae virtutisque cunctis gentibus et[a] regibus longe lateque diffudit. Unde et aliorum regnorum proceres eum adierunt, gratiamque in conspectu eius invenire quaerentes, fidem talis ac tanti viri probatam habentes dilexerunt. Inter quos Hiriberhtus[b.3] gener Hugonis[4], cum ei adversaretur Rothulfus[c], contra ius fasque[5] omne rex constitutus, ut ei[d] apud dominum suum pro[e] presidio esset, supplicavit. Ipse enim rex talis erat, qui nichil
935. negaret amicis. Perrexit igitur[f] Galliam, rex[g.6] regem alloquitur, et perfecto negotio reversus est in Saxoniam[7]. Cumque esset in exaltando gentem suam, rarus fuit aut nullus nominatorum virorum in omni[h] Saxonia, quem preclaro munere aut officio vel aliqua quaestura non promoveret. Et cum ingenti polleret prudentia sapientiaque, accessit et moles corporis, regiae dignitati[i] omnem addens decorem. In exercitiis[k] quoque ludi[l] tanta eminentia superabat omnes, ut terrorem caeteris ostentaret. In venatione[m] tam acerrimus[n] erat, ut una vice[o] quadraginta[p] aut eo amplius feras caperet. Et licet in conviviis satis iocundus esset, tamen nichil regalis disciplinae minuebat. Tantum[q] enim favorem[r] pariter et timorem militibus infundebat[q], ut etiam ludenti[s] non crederent ad aliquam lasciviam se dissolvendum[t.8].

XL. Cum autem omnes in circuitu nationes subiecisset, Danos, qui navali latrocinio Fresones in-

a) et regibus *om. C.* b) *sic C;* heribertus *A. Frut. Saxo;* hiribertus *B* 1; Hiriberthus *B* 2. c) aduersēs rothulfus *C;* rudolfus *A;* rodulfus *B* 1; Ruodolfus *B* 2. *Frut.;* rodolfus *Saxo.* d) ei *om. B* 1; sibi *Frut.* e) pro *om. B* 2. *Frut. Saxo.* f) in *add. B* 2. *Saxo.* g) Galliam rex, regem *B* 2. h) omni *om. B* 1. *Saxo.* i) *sic et Frut. Saxo;* dignitatis *B* 1. *Cf. infra II,* 36: Accessit ad haec et moles corporis, omnem regiam ostendens dignitatem. k) exercitus *radendo corr.* exercitiis *C.* l) ludi *om. C.* m) ueneratione *C.* n) acer *B* 1. *Frut.* o) vice *om. B* 1. p) XL *A. C. Frut. Saxo.* q) Tantum — infundebat *om. B* 1. r) feruorem *B* 2. s) ludendi *B* 1. t) *sic codices et Saxo;* dissoluendos *e coniectura sine dubio B* 2. *Frut.*

1) *Cf. supra p.* 47, *l.* 22 *sqq.* 2) *Idem infra III,* 49. *de Ottone dicitur; quo res fide non dignior fit.* 3) *Comes Viromandensis. Cf. supra p.* 36, *n.* 11. 4) *Ducis Franciae. Heribertus sororem Hugonis Hildebrantam matrimonio sibi iunxit; vide Guidonem de Bazochiis ap. Albricum, SS. XXIII, p.* 757. *Filius eius postea (III,* 3*)* nepos Hugonis *vocatur.* 5) *Sallust. Cat. c.* 15: contra ius fasque. *Idem infra III,* 3. 6) *Cf. infra III,* 10: Interea rex regem alloquitur. 7) *Cf. Reg. Imp. II, nr.* 49 *a; Lippert, 'König Rudolf' p.* 89. 8) *Simillima descriptio morum Ottonis sequitur infra II,* 36.

cursabant, cum exercitu adiit vicitque, et tributarios 934. faciens, regem eorum nomine[a] Chnubam[b, 1] baptismum percipere fecit[2]. Perdomitis itaque cunctis circumquaque gentibus, postremo Romam proficisci statuit, sed 5 infirmitate correptus iter intermisit[3].

XLI. Cumque se iam gravari[c] morbo sensisset, 936. convocato omni populo designavit filium suum Oddonem[d] regem, caeteris quoque filiis predia cum thesauris distribuens; ipsum vero Oddonem[d], qui maximus et optimus[4] 10 fuit, fratribus et omni Francorum imperio prefecit. Testamento itaque legitime facto et rebus omnibus rite compositis defunctus est ipse rerum dominus et regum *(Iul.)* maximus Europae, omni virtute animi corporisque nulli secundus[5], relinquens filium[e] sibi ipsi maiorem[f] filioque 15 magnum latumque imperium[6], non[g] a patribus sibi relic- *p. 436. tum, sed per semet ipsum adquisitum et a solo *Deo

a) nomine *(non* eorum, *sicut Waitz annotavit) om. B* 1. b) *sic A;* cnubam *B* 1; Nubam *B* 2. *Saxo;* chonpám *C;* chiupam *Sigebert.;* Chnutam *Falke p.* 465. c) graui *C;* morbo grauari *B* 1. d) *sic et B* 1. 2. e) filium *om. B* 2. f) maiori *B* 2. g) non 20 a *detrita, sed adhuc lucide visibilia A.*

1) *De Cnutone — ita Thietmarus I,* 17, *SS. r. G. p.* 11, *ex arbitrio mutavit; sed etiam Adam Brem. I,* 57. *de forma nominis erravit —, regis Gormi filio, Widukindum cogitasse Waitz, Wattenbach, alii plurimi opinati sunt. Interea autem a.* 1887. *duo lapides inscripti inventi* 25 *sunt, quibus apparet Chnubam vel Gnupam fuisse regulum in australi parte Daniae suo iure imperantem, quem Gorm paulo post superavit atque occidit. Cf. R. de Liliencron, 'Der Runenstein von Gottorp' (Kiel* 1888*); idem in 'Deutsche Rundschau' LXXV (*1893*), p.* 48 *sqq.; Wimmer, 'Sonderjyllands historiske Runemindesmærker' (Kjöbenhavn* 1892*), et de* 30 *hoc subtile iudicium Hermanni Möller, 'Zeitschr. f. D. Alt.' XXXVII, 'Anz.' p.* 11 *sqq.; Wimmer, 'De Danske Runemindesmærker' I (*1895*), p.* 48—72; *Bangert in 'Zeitschr. f. Schlesw.-Holst. Gesch.' XXVI, p.* 257 *sqq.; A. Sach, 'Das Herzogt. Schleswig' I, p.* 60 *sq.; Ioh. Steenstrup, 'Danmarks Sydgrænse' (Kjöbenhavn* 1900*) p.* 42—49; *Uhlirz,* 35 *'Mitth. d. oesterr. Inst.', VI. 'Ergänzungsband' p.* 43. 2) *Cf. Ann. Corb. a.* 934, *SS. III, p.* 4: Heinricus rex Danos subeit. *De ratione et tempore huius expeditionis egit Waitz, 'Heinr. I.' p.* 273 *sqq.* 3) *Haec sine causa in dubium vocata esse monuit Waitz l. l. p.* 167—171. *Giesebrecht I, p.* 236 *sq. et Erler, 'Deutsche Gesch.' II, p.* 194, 40 *n.* **, *putaverunt Heinricum simplicem viatorem ad loca sancta migrare voluisse; cf. Thietmar. I,* 15, *SS. r. G. p.* 11: causa orationis. 4) *Cf. supra p.* 9, *n.* 8. 5) *Cf. Sulp. Severi Epist. II:* Est enim ille . . . nulli secundus; *Vergil. Aen. XI, v.* 441: haut ulli veterum virtute secundus; *Sallust. Cat. c.* 53: virtutem animi ad caelum 45 ferunt; animi et corporis *saepe ap. Sallust. — Eadem fere verba infra II,* 41. *de Heinrici nepote Liudulfo, III,* 47. *de Conrado Lothariorum duce.* 5) *Cf. supra p.* 10, *l.* 1. 30; *infra p.* 69, *l.* 14.

936. concessum. Erant autem dies quibus regnavit XVI[1] anni, vitae autem fere LX[a]. Translatum est autem[a] corpus eius a filiis suis in civitatem quae[b] dicitur Quidilingaburg[c] et sepultum in basilica sancti Petri ante altare cum planctu et lacrimis plurimarum gentium[2]. 5

EXPLICIT[d] LIBER PRIMUS.

[INCIPIT[e] SECUNDUS GESTARUM RERUM SAXONICARUM].

[AD[f] DOMINAM MAHTHILDAM[g] IMPERATORIS FILIAM LIBRI SECUNDI INCIPIT PREPHATIO]. 10

Ingens opus coepturus vel certe iteraturus — nam magna[h] ex parte peractum est[3] — tua gratia fulciatur, quae domina esse dinosceris[i] iure totius Europae; quamquam in Africam[k] Asiamque patris tui iam[l] potestas protendatur. Spero enim, quicquid in eo invenitur 15 minus idoneum, gloriosa tuae clementiae lenitate sublevetur, permaneatque ea devotione dedicatum, qua est inceptum[m. 3].

[EXPLICIT[n] PREPHATIO].

[INCIPIUNT[o] CAPITULA. 20

I. De conventu populi ad Aquasgrani palatii et electione novi regis eiusque unctione[p].
II. De ministerio regali et de principibus eius.
III. De bello contra Bolizlavum facto.
IIII. De expeditione regis in barbaras nationes. 25
V. De Ungariis.
VI. De intestinis bellis.

a) autem *om. A.* b) qui *C.* c) *sic C. Frut.;* quidilingeburg *A;* quidilingaburch *B* 1. *Thietmar.;* Quidelingeburg *B* 2; quidelingeburh *Saxo.* d) *sic A (minio) et B* 1. e) *sic B* 1. f) *sic C;* Prologus in librum secundum *iterum minio A;* EPISTOLA AD 30 REGINAM *B* 2. g) *sic h. l. C.* h) ex magna *B* 1. i) dinoscetur *B* 1. k) *sic B* 2 *(infra III,* 75. Aphr.*) et C;* affricam *A. B* 1. l) iam *deest A;* potestas iam *B* 1. m) *sic A. B* 1. 2; conscriptum *C.* n) *sic C;* Explicit prologus *minio A.* o) *sequentia habet solus C.* p) uictorię *C. Emendavit Wattenbach.*

1) *Immo XVII, sicut Sigebert. et Frut. et Ann. Saxo (non Thietmar.)* 35 *correxerunt. Heinricum inde a mense Maio anni* 919. *(cf. Sickel, DD. I, p.* 37*) usque ad* 936. *diem* 2. *mensis Iulii septemdecim annos et tres fere menses regnum tenuisse constat. Mirum, quod Hrotsvit, Gesta Ottonis v.* 19 *sqq., ed. P. de Winterfeld p.* 205, *in eundem errorem inducta sit.* — 3. *Reg.* 2, 11. 14, 20: Dies autem, quibus regnavit . . . ., anni sunt. 40 *Cf.* 1. *Paral.* 29, 27. 2) *Cf. supra p.* 33, *l.* 19. *et n.* 6. 3) *Cf. praefat.*

a) boloariorum *C.* b) euuthard. *C semper fere, interdum prima manu corr.* euurh. c) cibilibus *C.* d) *sic C pro* Isilberht. e) conuertunt *C.* f) hinrico *C.* g) *sic C.*

EXPLICIUNT[c] CAPITULA].

INCIPIT[d] LIBER SECUNDUS.

936. I.[e] Defuncto itaque patre patriae[1] et regum maximo[f] optimo Heinrico omnis populus Francorum atque Saxonum iam olim designatum regem a patre, filium eius Oddonem, elegit sibi in principem. Universalisque electionis notantes locum iusserunt[g] esse[h] ad Aquasgrani[i] palatii[2]. Est autem locus ille proximus Iulo[3], a conditore Iulio Caesare cognominato. Cumque (Aug. 7). illo ventum esset[4], duces ac[k] prefectorum[l] principes cum caetera principum[m] militum[n] manu congregati in sixto[o, 5] basilicae Magni Karoli cohaerenti collocarunt

a) luthuuico *corr.* luthuwico *C.* b) opsidionibus *C.* c) Explicit *C.* d) *haec desunt B* 1; VVITICHINDI MONACHI BENEDICTINI DE REBUS GESTIS SAXONUM AC OTTONIS, aliorumque succedentium Imperatorum, liber secundus *B* 2, *cf. supra p.* 3, *n.* g. e) *primus hic numerus deest etiam C.* f) opt. max. *B* 2; opt. *om. Saxo.* g) iusserunt(?) *eras. corr.* duxerunt *B* 1. h) etiam *B* 1; *om. B* 2. i) *sic A. B* 2. *C. (Thietmar. Frut.)*; ad aquisgrani palacium *B* 1; in palacio aquisgrani *Saxo. Cf. Ruotgeri Vitam Brunonis c.* 21: ad Aquas Grani palatii. k) et *prima manu corr.* ac *C.* l) torum *C scribendi errore.* m) princ. *om. B* 1. n) militumque *A;* ac militum *Saxo.* o) sexto *B* 1; sistorio *B* 2; siceo *Saxo.*

1) *Cf. supra p.* 25, *l.* 23. *p.* 50, *l.* 2. 2) *Aachen. Relationem Widukindi non satis perspicuam esse confiteor. Cf. Dümmler, 'Otto d. Gr.' p.* 26; *Waitz, 'VG.' ed.* 2. *VI, p.* 179, *n.* 2; *Rodenberg, 'Ueber wiederholte deutsche Königswahlen', ap. Gierke, 'Untersuchungen zur Deutschen Staats- und Rechtsgeschichte' XXVIII, p.* 1. 3) *Jülich; vulgo creditur a Iulio Caesare conditum et appellatum. MEIB. Cf. Manitius, 'N. Archiv' XI, p.* 64, *n.* 1. *Haud scio an Wid. hanc deductionem excogitaverit.* 4) *Dies coronationis a scriptoribus non traditur; cartarum computatio fluctuat inter diem* 7. *et* 8. *mensis Augusti. Equidem sicut ab Ottenthal, Reg. Imp. II, nr.* 55 *h, diem* 7. *praefero, qui fuerit dies dominicus; cf. Waitz, 'VG.' VI, p.* 247, *n.* 3. — *Ad descriptionem quae sequitur auctorem antiqua formula usum esse monuit idem, 'Die Formeln der Deutschen Königskrönung' p.* 29. 5) *Ita Widukindum scripsisse, xystum vero, i. e. porticum, intellexisse putamus. De basilica a Karolo Magno aedificata vide Einhardi Vitam Karoli c.* 26. 32; *Dümmler, 'Otto d. Gr.' p.* 34, *n.* 1. In aecclesia sanctae Mariae semper virginis, quam cum omni diligentia Magnus construxit Karolus, *dicit Thietmar. II,* 1, *SS. r. G. p.* 18.

novum ducem[1] in solio ibidem constructo[2], manus ei[a] 936.
dantes ac fidem pollicentes operamque suam contra[b]
omnes inimicos spondentes[3], more suo fecerunt eum
regem. Dum ea geruntur a ducibus ac caetero magi-
5 stratu, pontifex maximus[4] cum universo sacerdotali
ordine et omni plebe infra[5] in[c] basilica prestolabatur
processionem novi regis. Quo procedente pontifex ob-
vius laeva sua dexteram[d] tangit regis, suaque dextera[e]
lituum gestans, linea indutus, stola planetaque[f] infu-
10 latus, progressusque in medium usque fani subsistit[g];
et reversus ad populum, qui circumstabat[h] — nam[i]
erant deambulatoria infra supraque in illa basilica in
rotundum facta —, quo ab omni populo cerni posset[k]:
'En', inquit, 'adduco vobis a Deo electum et a domino
15 rerum Heinrico olim designatum, nunc vero a cunctis
principibus regem factum Oddonem; si vobis ista electio
placeat[l], dextris[m] in caelum levatis significate'. Ad
haec omnis populus dextras[m] in excelsum[n] levans cum
clamore valido[6] inprecati sunt prospera novo[o] duci[1].
20 Proinde procedit[p] pontifex cum rege tunica stricta
more Francorum[7] induto[q] pone[r] altare, super quod in-
signia regalia posita erant, gladius cum balteo[s], clamis
cum armillis, baculus cum sceptro ac diadema[t. 8]. Eo
quippe tempore erat summus pontifex nomine Hildi-
25 berhtus[u], Franco genere, monachus professione, nutritus
vel doctus in Vuldo monasterio, et ad id honoris

a) et *C.* b) contra *om. C.* c) infra basilicam *B* 1. *Saxo.* d) *sic A. B* 2. *C. Saxo;* dextram *B* 1? e) *sic A. B* 2. *C. Saxo; om. B* 1. f) plantaque *B* 2. *Hanc verborum distinctionem ex codd. iam Waitz recepit. Frecht in B 2 et Ann. Saxo interpunctione* 30 *carent:* linea indutus stola planetaque infulatus. g) substitit *A;* constitit *Saxo.* h) circumstabant *C.* i) nam *om. C.* k) possit *C.* l) placet *prima manu corr.* placeat *C.* m) *sic codd. et Saxo; cf. supra n.* d. e. n) in celum *A. Saxo.* o) nouoque *C.* p) procedit *radendo corr.* processit *C.* q) induta *B* 1. r) pone *alia manu corr.* penes *C.* s) baltheo *A.* t) diademate *B* 2. *Saxo.* u) hildeberhtus *A;* 35 hildibertus *B* 1. 2. *Saxo;* hilberhtus *C;* hillibertus *Thietmar.;* hiltibert. *Frut.*

1) *Redde 'Herrscher'.* 2) *Cf. St. Beissel, 'Der Aachener Königsstuhl', 'Zeitschr. d. Aachener Geschichtsver.' IX, p.* 14 *sqq.* 3) *Eadem fere verba infra III,* 76. *de electione Ottonis II. Cf. Seeliger, 'Mitth. d. oesterr. Inst.' XVI, p.* 68. 4) *Archiepiscopus Moguntinus Hildibertus,* 40 *qui sedit a.* 927—937. 5) *Porticus in altiore loco positus fuisse videtur quam basilica. Dümmler, 'Otto d. Gr.' p.* 34, *n.* 3; *'Zeitschr. d. Aach. Geschichtsv.' IX, p.* 17, *n.* 1. 6) *Cf. supra p.* 34, *l.* 12 *sq.:* dextris in caelum levatis nomen novi regis cum clamore valido salutantes frequentabant. 7) *Cf. supra p.* 13, *n.* 6. 8) *Ibid.* 45 *p.* 33, *l.* 8 *sqq.*

936. merito progrediens, ut pater eiusdem loci constitueretur, deinde summi pontificatus Mogontiacae[a] sedis fastigium promeruisset. Hic erat vir mirae sanctitatis et preter naturalem animi sapientiam litterarum[b] studiis satis clarus. Qui inter caetera gratiarum dona spiritum prophetiae accepisse predicatur. Et cum quaestio esset pontificum in consecrando rege, Treverensis[1] videlicet et Coloniae Agrippinae* — illius, quia[c] antiquior sedes esset et tamquam a beato Petro[d] apostolo fundata; istius vero, quia eius[e] ad diocesim pertineret locus: et ob id sibi convenire arbitrati sunt huius consecrationis honorem —, cessit tamen uterque eorum Hildiberhti[f] cunctis notae almitati. Ipse[2] autem accedens ad altare et sumpto inde gladio cum balteo, conversus ad regem ait[3]: 'Accipe', inquit, 'hunc[g] gladium, quo eicias omnes Christi adversarios, barbaros et malos Christianos, auctoritate divina tibi tradita omni potestate totius imperii Francorum[4], ad firmissimam pacem omnium Christianorum'. Deinde sumptis[h] armillis ac clamide induit eum: 'His cornibus', inquit[i], 'humitenus demissis[i] monearis, quo zelo fidei ferveas, et in pace tuenda perdurare[k] usque in finem debere'. Exinde sumpto sceptro baculoque: 'His signis[l]', inquit, 'monitus paterna castigatione subiectos corripias, primumque Dei ministris, viduis ac pupillis manum misericordiae porrigas; numquamque[m] de capite tuo oleum miserationis deficiat, ut in presenti et in futuro sempiterno premio coroneris'. Perfususque ilico[n] oleo sancto et coronatus diademate aureo ab ipsis pontificibus Hildiberhto[o] et Wichfrido[p. 5], ac omni legitima consecratione completa, ab eisdem

*p. 438.

a) *sic Frut., qui aliis locis, quos non ex Wid. assumpsit,* mogontinae *scribit, et Saxo;* magunciace *A;* moguntiace *B* 1; Mogonciacę *B* 2; mogantiacę *C.* b) litt. *om. B* 1. c) qui *A;* quod *Saxo.* d) apost. petro *signis superscriptis corr.* petro apost. *A.* e) ad eius *C. Saxo.* f) *sic h. l. C;* hildeberhti *A;* hildiberti *B* 1. 2; hildeberti *h. l. Saxo. Cf. supra p.* 55, *n.* u. g) hoc *C.* h) Desūptis (inde *om.*) *C.* i) humetenus dimissis, inquit *B* 2; dimissis *etiam Saxo.* k) perducere *B* 2. l) insignis, *linea perducta* in *delet. A.* m) numquam *Saxo.* n) Perfusus itaque *B* 2. o) hilberhto *C;* hildiberto *Saxo. Cf. supra n.* f. p) *sic B* 1. 2; wicfrido *A. C. Saxo.*

1) *Rotberti, a.* 931—956, *fratris Mahthildis reginae. — Eucharium a S. Petro missum cum sociis Treverim venisse ibique fidem Christianam docuisse vulgo credebatur; cf. Gesta Treverorum c.* 14, *SS. VIII, p.* 144 *sqq.* 2) *Scil. Hildibertus.* 3) *Cf. de hoc loco Waitz, 'VG.' ed.* 2. *VI, p.* 213 *sqq.* 4) *Cf. supra p.* 51, *l.* 10: omni Francorum imperio prefecit; *infra III,* 57: toto Francorum imperio. 5) *Archiepiscopo Coloniensi a.* 924—953.

pontificibus ducitur ad solium[1], ad quod per cocleas adscendebatur, et erat inter duas marmoreas mirae pulchritudinis columpnas constructum, unde ipse omnes videre et ab omnibus ipse videri posset. 936.

5 II. Divina deinde laude dicta sacrificioque sollempniter celebrato descendebat rex ad palatium, et accedens ad mensam marmoream regio apparatu ornatam resedit cum pontificibus et omni populo; duces vero ministrabant. Lothariorum dux Isilberhtus[a], ad cuius potesta-10 tem locus ille pertinebat[2], omnia procurabat; Evurhardus[b. 3] mensae preerat, Herimannus[c] Franco[4] pincernis[d], Arnulfus[e. 5] equestri ordini et eligendis locandisque castris preerat[6]; Sigifridus[f] vero, Saxonum optimus et a rege secundus[7], gener quondam regis, tunc vero 15 affinitate coniunctus[8], eo tempore procurabat Saxoniam[9], ne qua hostium interim irruptio accidisset, nutriensque iuniorem Heinricum secum tenuit. Rex autem post haec unumquemque principum iuxta munificentiam regalem congruenti sibi munere honorans cum omni hila-20 ritate dimisit multitudinem.

III. Interea barbari[10] ad novas res moliendas desaeviunt, percussitque Bolizlav[g. 11] fratrem suum[12], virum Christianum et, ut ferunt, Dei cultura religiosissimum, timensque sibi vicinum subregulum[13], eo quod paruisset

25 a) isilbertus *A;* Giselbertus *B* 2; isberhtus *C;* gisilbertus *Saxo.* b) euuthardus *C;* euerhardus *A. B* 1. 2. *Saxo.* c) hermannus *A semper.* d) pincernus *prima manu corr.* pincernis *C;* pincerna *B* 1. e) *sic etiam B* 2, *cf. supra p.* 21, *n.* p; arnoldus *Saxo.* f) *sic B* 1. *C;* sigefridus *Saxo;* sifridus *A. B* 2. g) *sic A. C (corr. e* bolizlaf*);* bolizlaf *B* 1. 2 *semper;* bolizlauus *Thietmar.;* bolizlaus *Frut. Saxo. (Sigebert.).*

30 1) *Hoc aliud solium esse ac supra p.* 55, *l.* 1. *memoratum apparet. Cf. Waitz, 'VG.' ed.* 2. *VI, p.* 207, *n.* 1. 2) *Cf. supra I,* 30. 3) *Dux Francorum, frater regis Conradi.* 4) *Dux Suavorum, qui Burchardo successerat.* 5) *Dux Bawariorum.* 6) *Cf. de hoc loco Waitz l. l. p.* 332 *sq.* 7) *Cf. supra p.* 36, *l.* 1. 8) *Sueton.* 35 *Nero c.* 35: aut affinitate aliqua sibi aut propinquitate coniunctos. *De gradu affinitatis infra c.* 9. 9) *I. e. regis absentis loco imperium in Saxonia tenebat (ita Wid. saepius: II,* 15. 26. 34. *III,* 23*). Cf. Köpke p.* 114; *Waitz, 'VG.' ed.* 2. *VI, p.* 449, *n.; ed.* 1. *VII, p.* 121, *n.* 3; *Kurze, 'Gesch. d. sächs. Pfalzgrafschaft', 'Neue Mittheilungen'* 40 *XVII, p.* 281 *sq.* 10) *Barbaros Slavos esse gentiles, neque Bohemos Christianos hoc nomine indicari Köpke-Dümmler, 'Otto d. Gr.' p.* 557 *sqq., satis probaverunt. Cf. infra p.* 59, *n.* 3. 4. 11) *Dux Bohemiae a.* 935—967. 12) *Wenceslaum, sicut iam Thietmar. et Ann. Saxo recte suppleverunt. Caedes a.* 935. *die* 28. *mensis Septembris facta est.* 45 13) *De eius nomine, urbe, territorio certi nihil constat. Cf. Dümmler, 'Otto d. Gr.' p.* 53; *Bachmann, 'Gesch. Böhmens' I, p.* 133, *n.* 1.

936. imperiis Saxonum, indixit ei bellum. Qui misit in Saxoniam ad expostulanda sibi auxilia. Mittitur autem[a] ei Asic[b] cum legione Mesaburiorum[c. 1] et valida manu Hassiganorum[d. 2], additurque ei exercitus Thuringorum. Erat namque illa legio collecta ex latronibus. Rex quippe Heinricus cum esset satis severus extraneis, in omnibus causis erat clemens civibus; unde quemcumque videbat furum[e] aut latronum[e. 3] manu fortem et bellis aptum, a debita poena ei parcebat, collocans in suburbano[f] Mesaburiorum, datis agris atque armis, iussit civibus quidem parcere, in barbaros autem in[g] quantum auderent latrocinia exercerent. Huiuscemodi ergo hominum collecta multitudo plenam in expeditionem produxit legionem. Bolizlav[h] autem audiens de exercitu Saxonico, et quia Saxones seorsum et[i] seorsum Thuringi irent contra se, divisis et ipse sociis, sicuti erat[k] acerrimus consilio, utroque[l] exercitui occurrere disposuit. At Thuringi, ut hostes inprovise sibi[m] occursitare viderunt, fuga periculum devitaverunt[4]. Asic[n] autem cum Saxonibus et caeteris auxiliariis nichil cunctatus in hostes ruit maximamque partem ex eis armis[o] fudit, caeteros fugere conpulit, *victorque ad castra reversus est. Et cum ignorasset de exercitu, qui insecutus fuerat Thuringos, minus caute usus est victoria perpetrata. Bolizlav[h] autem videns exercitum nostrum dispersum et alios in extrahendis spoliis caesorum, alios

*p. 439.

a) ei autem *B* 1. b) ęsic *A; Æ*sic *B* 2, *et ita post.* c) Mersaburiorum *B* 2, *et ita post.* d) Hasi||ganorum *B* 2; hassingorum *Saxo.* e) furē aut latronē *B* 2. f) suburbio *C.* — Mersaburiorum *B* 2; mesaburch *Saxo.* g) in *om. B* 1. h) *sic A. C;* bolizlaf *B* 1. 2; bolizlaus *Saxo.* i) et a *C.* k) sociis sicuti erant, acerrimus *B* 2. l) utrique *B* 1. 2. *Saxo.* — exercitu *C.* m) sibi *om. C.* n) Ęsic *A;* Æsic *B* 2, *sicut supra.* o) fudit armis *A.*

1) *I. e. Merseburgensium. Nomen est origine Slavicum:* Mesibor, *et significat urbem medias inter silvas sitam (polon.* miedzy, *bohem.* mezy, *sorab.* mes = inter; bor = silva*). Schafarik, 'Slaw. Alterthümer, übers. von Aehrenfeld' II, p.* 620. *Cf. Thietmar. I,* 2, *SS. r. G. p.* 2; *Rademacher, 'Die urbs Mersburg' (Progr.* 1898*) p.* 13 *sq. — Aliam opinionem defendit Westberg, 'Mémoires de l'académie impériale des sciences de St.-Pétersbourg, Cl. hist.-phil.', ser. VIII, tom. III, nr.* 4 *(*1898*), p.* 61 *sqq.* 2) *Incolae pagi Hassegowe, inter Unstrut et Saale fluvios, in quo et ipsa urbs Merseburg sita fuit.* 3) *Cf. Cont. Reg. a.* 920, *SS. r. G. p.* 156: Multi enim illis temporibus etiam nobiles latrociniis insudabant. *Hanc miram Heinrici institutionem accedere illis, quas a.* 924—932. *ad Ungarios arcendos introduxerat (supra I,* 35*), potes conicere.* 4) *Wid. culpam cladis a Saxonibus in Thuringos transferre enititur. Cf. Hauck, 'KG.' III, p.* 313, *n.* 8.

in suis corporibus reficiendis, alios in paleis equorum congregandis occupatos, fugatum reversumque[a] coadunans exercitum, super inprovisos ac recenti victoria securos[b] subito irruit et ducem[c] cum omni nostro[d] exercitu delevit. Pergensque inde ad urbem subreguli primo eam inpetu cepit et usque in hodiernum diem solitudinem fecit. Perduravitque illud bellum usque ad quartum decimum[e] regis imperii[f] annum[1]; ex eo regi[g] fidelis servus et utilis[h] permansit[2]. 936.

IIII. Rex autem audito huiuscemodi nuntio[3] minime turbatur, sed divina virtute roboratus[i] cum omni exercitu intrat terminos barbarorum[4] ad refrenandam illorum saevitiam. Datum[5] quippe erat illis et antea a patre suo bellum, eo quod violassent[k] legatos Thancmari[l] filii sui, de quo[m] in sequentibus plenius [nos[n]] dicturos arbitramur. Placuit igitur novo regi novum principem militiae constituere. Elegitque ad hoc officium virum nobilem et industrium satisque prudentem nomine Herimannum[o. 6]. Quo honore non solum caeterorum principum, sed et fratris sui Wichmanni[p. 7] offendit invidiam. Quapropter et simulata infirmitate[8] amovit se ab exercitu. Erat namque Wichmannus[p] vir

a) reuersusque *B* 1. b) securos *om. C.* c) eum *add. B* 1. d) nostro *om. C. Saxo.* e) XV. *Frut.* f) imp. *om. C.* g) regi *om. B* 1. h) fidelis etulis *B* 1; *vocabulum* servus *in C erasum est.* i) corroboratus *B* 2. k) iugulassent *Saxo.* l) *sic h. l. etiam A, cf. supra p.* 25, *n.* 1; tancmari *Saxo;* tangmar. *Sigebert.* m) De sequentibus (quo in *om.*) *B* 1. n) *sic B* 1; nos *ante* plenius *prima manu superscr. C; deest A. B* 2. *(Saxo).* o) hermannum *A semper.* p) *his locis omnes codices (A semper fere):* wichmann., *et ita ubique scripsi;* wigmann. *plerumque B* 1, wicmann. *C;* wihmann. *Saxo, postea autem* wigmann.

1) *Anno* 950. *bellum compositum est. Cf. infra III,* 8. 2) *Eadem laus de Bolizlao iam supra p.* 43, *l.* 16. *praemittitur. Cf. etiam infra II,* 11: Wichmannus . . . utilis ac fidelis usque in finem permansit; *ib.* 27: Immo . . . deinceps fidelis et utilis permansit; *III,* 5: Huga . . . utilisque proinde permansit. 3) *Hoc ad initium cap. praecedentis* (barbari ad novas res moliendas desaeviunt) *spectare censuit Wattenbach.* 4) *Non contra Bohemos, sicut Sigebert. a.* 940. *et multi post crediderunt, sed contra aliam Slavorum gentem Otto hanc expeditionem suscepit, cf. supra p.* 57, *n.* 10; *ipse se* de provintia Sclavorum qui vocantur Riaderi *(Redarii, cf. supra p.* 44, *n.* 2*)* in pace venire ad Magathaburg *profitetur tabula a.* 936. *die Oct.* 14. *data, DD. I, p.* 91. 5) *Cf. infra III,* 70: pacem iam datam Redariis oportere stare. 6) *De quo vide Köpke-Dümmler, 'Otto d. Gr.' p.* 55 *sqq.* 570 *sqq.; Mittag p.* 50—52. 7) *De quo Wedekind, 'Noten' II, p.* 63; *Westberg, 'Mémoires de l'académie de St.-Pétersbourg, Cl. hist.-phil.', ser. VIII, tom. III, nr.* 4, *p.* 116 *sqq.* 8) *Cf. supra p.* 37, *l.* 11. *et n.* 5.

936. potens et fortis, magnanimus, belli gnarus et tantae scientiae, ut a subiectis supra hominem plura nosse predicaretur. Herimannus autem cum esset in prima acie, in introitu regionis in hostium[a] pugnam incidit eosque fortiter vicit, et ob hoc maiori[b] invidia inimicos accendit. Inter quos Ekkardus[c] filius Liudulfi[d], qui in tantum aegre passus est fortunam Herimanni, ut sese promitteret maiora facturum aut vivere nolle[1]. Unde collectis ex omni exercitu fortissimis viris interdictum regis rupit et paludem, quae erat inter urbem hostium et castra regis, cum sociis transiit, statimque hostes offendit, et ab his circumfusus cum omnibus suis periit. Erant autem qui cum eo ceciderant[e] electorum ex omni exercitu virorum decem et octo. Rex autem caesa hostium multitudine et caeteris tributariis factis reversus est in Saxoniam. Acta sunt autem haec[2] VII.[f] Kalend. Octobris. *Sept. 25.*

937. *(in.)* V. Post haec antiqui hostes Ungarii[3] venerunt virtutem probare novi regis. Intrantes autem Franciam statuerunt, si possent[g], ab occidentali plaga invadere Saxoniam. Rex autem audiens, nichil moratus cum exercitu valido occurrit illis fugavitque et a terminis[h] suis abegit.

VI. Cessantibus autem bellis externis civilia oriri coeperunt. Nam Saxones imperio regis facti[i] gloriosi dedignabantur aliis servire nationibus quaesturasque quas habuerunt ullius[k] alii nisi solius regis gratia habere contempserunt[4]. Unde iratus Evurhardus[l.5] contra Bruningum[m] collecta manu succendio[n] tradidit civitatem illius vocabulo[o] Elmeri[p.6], interfectis omnibus

a) in ostium in pugnam *C.* b) maiorem inuidiam (inim. *om.*) accendit *B* 1. c) *sic C;* eckardus *A;* ekkehardus *B* 1. 2; ekkihardus *Saxo.* d) *sic h. l. et B* 2. *C;* ludolfi *A;* liudolfi *Saxo.* e) occiderant *B* 2. f) VIII. *B* 1; XVII. *Saxo.* — k *A;* Kł *C;* Kalen. *B* 2; Kalendis *Saxo.* g) posset *C,* n *prima manu superscr.* h) *inter* terminis — suis *lacuna maior et locus rasus A.* i) glor. facti *C.* k) nullius alius *B* 1; ullius alius *B* 2; alterius *Saxo.* l) *sic h. l. recte C;* euerhardus *A. B* 1. 2; eberhardus *Frut. Saxo.* m) brunignum *A;* bruniggum *unus cod. Frutolfi (SS. VI, p.* 184, *n. s) et Saxo.* n) incendio *B* 1. *Saxo.* o) elmeri uoc. *B* 1. p) *sic A. B* 1. *C. Frut. Saxo;* Elueri *B* 2; Helmeri *Falke p.* 159.

1) *Cf. supra p.* 13, *l.* 24: nisi vincere velle aut certe vivere nolle. 2) *Scil. pugna et mors Ekkardi.* 3) *Cf. supra p.* 47, *l.* 7. *et n.* 5. 4) *Cf. supra p.* 50, *l.* 14 *sqq. Quaesturam esse fere idem quod beneficium censuit Köpke p.* 92 *sq.* 5) *Dux Francorum, qui et ipse comes pagi Hessi-saxonici. G. Landau, 'Beschreibung des Hessengaues' (*1857*) p.* 29 *sq.; Köpke l. l.; Dümmler, 'Otto d. Gr.' p.* 63; *K. Wenck in 'Zeitschr. f. Hess. Gesch.' XXVI (*1903*), p.* 255 *sqq.* 6) *Helmern in circulo Büren. Cf. Diekamp, 'Westfäl. UB.', Suppl. nr.* 380; *Reg. Imp. II, nr.* 69 *a.*

eiusdem civitatis habitatoribus. Qua presumptione rex audita condempnavit Evurhardum[a] centum talentis[1] aestimatione equorum, omnesque principes militum[2], qui eum ad hoc facinus adiuvabant, dedecore canum, quos portabant[3] usque ad urbem regiam[4] quam vocitamus Magathaburg[b], — 937.

VII. Eodem tempore transtulit rex reliquias[c] Innocentii martyris in eandem urbem[5]. Ipse autem rex, ut erat clementissimus, dum turbatores pacis merita castigatione *affixit, ilico cum pietate suscepit, et unumquemque eorum regio munere honorans dimisit[d] in pace. At illi nichilominus duci suo haerebant[e] ad omne nefas, quia ille quidem erat iocundus animo, affabilis mediocribus[f], largus in dando[6]; et his rebus multos Saxonum sibi associavit. — *(Sept.)* — *p. 440.

VIII. Ea tempestate defunctus est Arnulfus[g] Boioariorum[h] dux[7], et filii eius in superbiam elati regis iussu contempserunt[i] ire in comitatum[8]. — *(Iul. 14).*

VIIII. Illo quoque tempore[9] defunctus est Sigifridus[k] comes; cuius legationem[l. 10] cum sibi vendicasset Thancmarus[m], eo quod propinquus ei[n] esset — nam — *(Dec. 3?).*

a) *sic h. l. recte C;* euerhardum *A. B* 1. 2; eberhardum *Saxo.* b) *sic B* 1. *C;* magedeburg *A. Frut.;* Magadaburg *B* 2; màgathaburch *Sigebert.;* magadaburh *Saxo.* c) s̄cī (sancti) *add. C sicut saepius coaeva manu superscriptum.* d) in pace dimisit *B* 1. e) adherebant *B* 1. *Saxo.* f) mediocris in rebus *B* 2. g) *sic et B* 2; arnolfus *Frut.;* arnoldus *Saxo.* h) *sic C;* bawariorum *A. B* 1; baioariorum *B* 2. i) contemserant *C.* k) *sic B* 1. *C;* sifridus *A;* Sisfridus *B* 2 *abhinc semper;* sigefridus *Frut. Saxo.* l) ditionem *B* 2. m) thangmarus *A. h. l., alibi plerumque* thancmarus; dankmarus *Frut. semper.* n) *sic B* 2; esset ei *C;* eius *A. B* 1. *Saxo.*


1) *Cf. Köpke p.* 142 *sq. et infra III,* 68. 2) *Cf. Waitz, 'VG.' ed.* 2. *V, p.* 77, *n.* 3. 3) *Cf. Grimm, 'Deutsche Rechtsalterthümer' ed.* 4. *II, p.* 309 *sqq., qui antiquius huius poenae testimonium non vidit; Waitz l. l. VI, p.* 605. 4) *Cf. Waitz l. l. VI, p.* 307, *n.* 4. *et infra III,* 10. 5) *Has ipsi Rudolfus rex Burgundiae transmiserat; vide Ottonis diplomata ecclesiae Magdeburgensi* 21. *et* 27. *die Septembris data, DD. I, p.* 101 *sqq. Notam post insertam esse verisimile est; neque contrariam quam Raase p.* 39 *sq. protulit sententiam hoc loco probare possumus. Cf. etiam Giesebrecht I, p.* 812. — *Mirum, quod Wid. fundationem monasterii S. Mauritii, quae tunc facta est, silentio texerit.* 6) *Cf. infra c.* 36. *de Ottone:* semper iocundus, dandi largus. 7) *Cf. Ann. Corb. a.* 937, *SS. III, p.* 4: Arnulfus dux obiit. 8) *De hoc loco Waitz, 'VG.' ed.* 2. *V, p.* 77; *VI, p.* 324, *n.* 1. 9) *Amplius non satis constat. O. de Heinemann, 'Markgraf Gero' p.* 127, *proposuit diem* 17. *mensis Maii, Dümmler, 'Otto d. Gr.' p.* 69, *n.* 1, *diem* 10. *m. Iulii aut* 3. *Decembris (Necrol. Merseb., 'Neue Mitth.' XI, p.* 245*). De Sigifrido vide supra c.* 2. 10) *Cf. supra p.* 44, *n.* 5.

mater eius filia erat[a] materterae Sigifridi[b], de qua genuit rex Heinricus Thancmarum[c. 1] —, et regali dono cessisset[d] Geroni comiti[2], afflictus est Thancmarus[c] 938. tristitia magna. Rex autem transivit[d*] in Boioariam[e] et rebus ibi[f] rite compositis reversus est in Saxoniam[3]. 5

X. Dissensio autem, quae[g] facta est[h] inter Evurhardum[i] et Bruningum[k], ad hoc pervenit, ut caedes publicae fierent, depopulationesque agrorum agerentur, et ab incendiis nusquam abstinerent. De legum quoque varietate[4] facta est et contentio, fueruntque qui dicerent, 10 quia filii filiorum non deberent computari inter filios hereditatemque legitime[l] cum filiis sortiri, si forte patres eorum obissent[m] avis superstitibus. Unde exiit[5] edictum a rege, ut universalis populi conventio[n] fieret *(Maio).* apud villam quae dicitur Stela[o. 6]; factumque est, ut 15 causa inter arbitros iudicaretur debere examinari[7]. Rex autem meliori consilio usus noluit viros nobiles ac senes populi inhoneste tractari, sed magis rem inter gladia-

a) materterae erat *B* 2. b) sifridis *A;* Sisfridi *B* 2; sigefridi *Frut. Saxo.* c) *sic etiam A, cf. supra p.* 61, *n.* m. d) concessit *C.* d*) transiit *prima manu corr.* 20 transiuit *C.* e) *sic C;* bawariam *A. B* 1. *Saxo;* Baioariam *B* 2. f) rebus positis *C.* g) quae *om. A.* h) erat *B* 1. i) *sic C;* euerhardum *A. B* 2; eberhardum *Saxo.* k) *sic h. l. etiam A et Saxo, cf. supra p.* 60, *n.* m. l) cum filiis leg. *B* 1. m) abissent aliis *Saxo.* n) conuentus *Saxo.* o) stele *Saxo.*

1) *Ita hi inter se coniuncti fuisse videntur:* 25



Cf. Waitz, 'Heinr. I.' ed. 3. *p.* 208; *Kurze, 'Neue Mitth.' XVII, p.* 283. 30 2) *De quo egerunt copiosissime K. Chr. de Leutsch, 'Markgraf Gero'* (1828), *et O. de Heinemann, 'Markgraf Gero'* (1860). 3) *Immo duabus expeditionibus opus erat, ut Bawaria pacaretur; cf. Reg. Imp. II, nr.* 75*a.* 76*g. h.* 4) *Cf. supra p.* 20, *l.* 19: De legum vero varietate *etc. Narrationem quae sequitur iam a.* 1853. *Gaupp, 'Ger-* 35 *manistische Abhandlungen' p.* 127, *n.* 1, *recte interpretatus est; uberius, qui Gaupp ignorarunt, de Simson, 'Forschungen z. D. Gesch.' XXV, p.* 369 *sqq., cui Waitz ibid. p.* 373, *n.* 2. *assensus est; de Planck, 'SB. d. hist. Cl. d. Münchener Akademie'* 1886. *p.* 155 *sqq.* 5) *Ev. Luc.* 2, 1: exiit edictum a Caesare Augusto, ut describeretur uni- 40 versus orbis. 6) *Steele ad Ruram fluvium, in circulo Essen, ab hac civitate inter meridiem et orientem versus. Regem die* 18. *Maii a.* 938. in Stela *fuisse diploma ostendit DD. I, p.* 108. 7) *I. e. ut arbitri, viri nobiles ac senes populi, sicut statim vocantur, causam duello iudiciali inter se discernerent.* 45

tores discerni iussit. Vicit igitur pars, qui filios filiorum computabant[a] inter filios, et firmatum est, ut aequaliter cum patruis[b] hereditatem dividerent pacto sempiterno. Ibi quoque pacis[c] turbatores[1] facti[d] sunt manifesti, qui[e] hactenus[f] se negabant contra regiam potestatem aliquid fecisse, sed iniuriam tantummodo in socios vindicassent[g]. Rex autem se contemptum ab eis animadvertens — neque enim ad placitum iuxta iussum venire dignati sunt — arma distulit, veniae locum dedit, proxima sibi semper solitus clementia[2]. Sed haec dilatio ad maiorem perniciem multos protraxit[h]. Fiebant preterea multa nefaria[3] a seditiosis, homicidia, periuria, depopulationes, incendia; aequum pravumque, sanctum periuriumque illis diebus parum procedebant[4]. 938.

XI. Iunctus est autem et Thancmarus Evurhardo[i], collectaque valida manu obpugnat[k] presidium quod dicitur Badiliki[l.5], in quo erat Heinricus iunior, dataque preda urbis suis commilitonibus abiit, secum adducens[m] Heinricum quasi vile quoddam[n] mancipium[6]. Interfectus est autem ibi Gevehardus[o] Udonis[p] filius, fratris Herimanni ducis; ob cuius necem Deo omnia ordinante duces Francorum inter se sunt[q] divisi[7].

a) computabat *C.* b) patrius, b *alia manu superscr. corr.* patribus *C.* c) pacis *om. B* 1. d) facti sunt *om. C.* e) *sic B* 2. *C. Saxo;* quia *A. B* 1. f) actenus *A semper.* g) *sic B* 2. *C;* uindicasse *A. B* 1. *Saxo.* h) pertraxit *B* 2. *Saxo.* i) *sic C;* euerhardo *A. B* 2; eberhard. *Frut. Saxo.* k) oppugnant *B* 1. l) Badilici *B* 2; balebike *Saxo.* m) abducens *B* 2. *Saxo. (Frut.).* n) manc. quodd. *signis superscriptis corr.* quodd. manc. *A.* o) *sic B* 2; gebehardus *A. Saxo;* euerhardus *B* 1; geuuthardus *C.* p) Udunis *B* 2; filius udonis *B* 1; udonis *om. Saxo.* q) sunt *om. C.*

1) *Cf. supra p.* 61, *l.* 9. 2) *Cf. supra p.* 1, *l.* 10: de proxima sceptris semper clementia; *infra c.* 29: vicina sibi semper clementia. *Re vera rex, ut tam clementer iudicaret, aliis causis videtur esse motus: Eberhardum multos Saxonum sibi associasse supra p.* 61, *l.* 15. *relatum est; et Bawaria rebellabat, Lotharingia atque Francia minabantur.* 3) *Sallust. Cat. c.* 51, 6: cum . . . multa nefaria facinora fecissent. 4) *I. e. parum inter se differebant. Cf. supra p.* 10, *l.* 32. 5) Badulíki *Hrotsvit, Gesta Ottonis v.* 181; Badalikki *Cont. Reg. a.* 938. *Est Belecke ad Moehnam fluviolum, qui in Ruram cadit, in circulo Arnsberg, e meridie civitatis Lippstadt; cuius loci nomen fataque notabilia H. Bresslau, 'N. Archiv' XXIII, p.* 143 *sq., docte illustravit.* 6) *Simillime Hrotsvit l. l. v.* 183 *sqq.* 7) *Ad familiam ducum Francorum hi pertinent:*

N

Conradus		*Gebehardus*		*Eberhardus*
Conradus rex † 918.	*Eberhardus dux* † 939.	*Hermannus dux Suavorum* † 949.	*Udo* — *Gebehardus* † 938.	*Conradus Curcipoldus* † 948.

938. Tantis igitur spoliis Thancmari[a] milites[b] ditati iam ad omnia parabantur. Post haec cepit urbem quae dicitur Heresburg[c. 1] et collecta valida multitudine sedit[d] in ea, multa inde exercens latrocinia. Evurhardus[e] autem secum tenuit Heinricum. Eo quoque tempore occisus est Dedi[f. 2] ante portas urbis quae dicitur Larun[g. 3], in qua erant milites Evurhardi[h]. Wichmannus[i] autem, qui se primum alienavit *a rege, audiens tantum facinus seditiosorum, conversus[k] pacem fecit cum rege[4], quia prudentissimus erat, et utilis ac fidelis usque[l] in finem permansit[5]. Thancmarus autem, filius Heinrici regis, natus erat ex matre nobili[6], manu promptus, acer ingenio, bellandi peritus[7], sed inter arma honesta minus pudicitia usus. Erat autem mater eius multam habens[m] possessionem; qui licet a patre alia[n] plura sit ditatus, materna tamen se[o] hereditate privatum aegre valde tulit[8], et ob hanc causam arma sumit[p] ad perniciem sui suorumque contra dominum suum regem. Rex autem, licet invitus, videns rem ad tam ingens periculum procedere, ad edomandam Thancmari insolentiam cum multo comitatu[9] perrexit ad[q] Heresburg. Cives autem urbis illius cognoscentes de rege, quia super se cum

*p. 441.

a) tancmari *Saxo, alibi plerumque* thancm. b) mil. *om. B* 1. c) *sic A. B* 2. *C;* heresburch *B* 1 *semper et Sigebert.;* eresburch *Thietmar.;* hereburg *Frut.;* heresburh *Saxo.* d) sedet *B* 2. e) Eberhardus *A. Frut. Saxo;* Euerhardus *B* 2. f) *sic A. B* 1. *Saxo;* Dendi *B* 2. *C, radendo corr.* Dedi *C.* g) laerun *B* 1. h) eberhardi *A;* Euerhardi *B* 2. *Saxo.* i) *sic A. B* 1. 2. *C. Saxo, cf. supra p.* 59, *n.* p. k) *quae sequuntur usque ad verba* ac imperii usus est *(c.* XXIIII. *p.* 74, *l.* 25*) habet A in duobus foliis, quae prius desiderata a.* 1850. *a V. Cl. Kohl reperta sunt, cf. praefat.* l) usque *om. B* 1. 2. *Saxo.* m) poss. habens *B* 1. n) *sic A. C;* aliis pluribus *B* 1. 2. *Saxo.* o) hered. se *B* 1. p) sumpsit *B* 2. *Saxo.* q) ad *om. A.* — eresburch *Saxo.*

1) *Hodie Ober-Marsberg ad fl. Diemel. Cf. supra p.* 31, *n.* 2. 2) *Dedi, quoniam ad nomen eius a Wid. nihil adicitur, videtur fuisse notissimus inter fautores regis. Fortasse idem, de quo Necrol. Merseb.:* Nonas Iul. Dedi laicus occisus est; *'N. Mitth.' XI, p.* 237. 3) *Laër a Meschede occidentem versus (Diekamp, 'Westf. UB.', Suppl. nr.* 386*) vel Laar ab Herford inter meridiem et occidentem, in pago Westfalon. Cf. Tradit. Corb. ed. Wigand p.* 107: in Laarun. 4) *Cf. Cont. Reg. a.* 939, *SS. r. G. p.* 161: Wigmann Saxo rebellans reconciliatur. 5) *Cf. supra p.* 43, *l.* 16. *et n.* 11. *p.* 59, *l.* 9. *et n.* 2. — *Obiit Wichmannus a.* 944. 6) *Hatheburg, filia Erwini; cf. Thietmar. I,* 5, *SS. r. G. p.* 4. 7) *Cf. Sallust. Iug. c.* 7: erat Iugurtha manu promptus . . . inpigro atque acri ingenio . . . proelio strenuus. *Etiam supra p.* 10, *l.* 20. *p.* 29, *l.* 2. 8) *Inde patet Heinricum regem, cum Hatheburg uxorem repudiaret, eius bona retinuisse; quod Wattenbach, 'SB. der Berliner Akademie'* 1896. *p.* 340, *n.* 1, *nimis audacter impugnavit. Nam quo iure Thancmarus patri poterat irasci, si pater ipse illa hereditate privatus erat?* 9) *Cf. supra p.* 34, *n.* 5.

valida manu appropinquasset, apertis portis introduxerunt exercitum, qui obsederat urbem. Thancmarus autem fugit in ecclesiam a Leone papa beato Petro apostolo dedicatam[1]. Exercitus autem persecutus est eum usque in templum, et maxime satellites Heinrici, dolentes ac vindicare contendentes iniuriam domini sui. Nec veriti ianuas ferro incidere, cum armis ingressi sunt sacram aedem. [a]Thancmarus autem stabat iuxta altare, depositis desuper armis cum torque aurea. Cumque ex adverso telis urgeretur, Thiatboldus[b] quidam, notus[c] Cobbonis, cum conviciis vulnus ei inflixit, ilicoque ab eo recepit, quo vita cum terribili insania in brevi caruisset. Quidam autem militum Maincia[d] vocabulo per fenestram altari contiguam lancea a tergo perfossum ibi secus aram extinxit Thancmarum[e, 2]. Ipse autem fraternae fautor[f] discordiae in Biertanico postea bello vitam cum auro ab altari nequiter rapto miserabiliter perdidit[3]. Earum rerum rex ignarus et absens cum audisset, super temeritate militum dedignatus[g] est, sed fervente[h] adhuc bello civili non potuit eos contristari. Miseratus autem fratris fortunam suique ingenii ostendens clementiam, pro laude eius ac industria pauca locutus[4], Thiadricum[i] et tres amitae[k] illius filios, qui Thancmaro manus iunxerant[l], lege Francorum dampnatos strangulo[m] fecit deficere. Inde vertit mili-

938.

(Iul. 28).

a) Tunc *add.* C. — Tancmarus *A h. l.* b) *sic B* 1. 2; theobaldus, *si cum Reineccio p.* 19. *recte legere mihi videbar, A (non* Thiaboldus, *sicut Waitz annotavit);* thiadboldus *C;* thiadolfus *Saxo.* c) *sic A. B* 1. 2. *Saxo;* nothus *C.* d) mancia *C;* maginzo *Thietmar.;* meinzo *Saxo.* e) thangmarum *A.* f) fautor *corr.* auctor *B* 1. g) *sic A. B* 1. *C. Saxo;* indignatus *B* 2 *e coniectura procul dubio.* h) feruenti *B* 1. i) *sic C;* theodericum *A;* thiedericum *B* 1; Thiadericum *B* 2. *Saxo.* k) amice *B* 1. l) uinxerant *B* 2. m) strangula *B* 2.

1) *Ecclesia aedificata est a.* 785 *(vide Ann. Laureshamenses ad hunc annum, SS. I, p.* 32; *Reg. Imp. I, nr.* 259 *d). Leonem eam consecrasse nemo praeter Wid. tradit. Tabula papae, quae a.* 799. *in ipsa urbe Heresburg de eadem re data dicitur, Finke, 'Die Papsturkunden Westfalens' I, p.* 2 = *Jaffé, Reg. pont. ed.* 2. *I, nr.* 2502, *est spuria. Cf. Scheffer-Boichorst, 'Mitth. d. oesterr. Inst.', IV. 'Ergänzungsband' p.* 79 *sqq. Nota etiam, quod Ludowicus Pius* capellam, quam dudum dominus et genitor noster Karolus bonae memoriae piissimus quondam imperator in castello quod dicitur Heresburg construi iussit, *a.* 826. *monasterio Corbeiensi concesserit; Wilmans, 'Die Kaiserurkunden Westf.' I, p.* 26. 2) *Cf. Ann. Corb. a.* 938, *SS. III, p.* 4: Thancmarus occisus est. *Diem tradit Necrol. Merseb., 'N. Mitth.' XI, p.* 238. 3) *Cf. infra p.* 71, *l.* 3 *sq.* 4) *Vergil. Aen. IV, v.* 337: Pro re pauca loquar.

938. tem avidum pugnae et preda urbis[a] ditatum in Laras[b, 1]. Illi autem urbis prefecto auctore acriter resistentes[c] lapides lapidibus, tela telis obicere non cessabant; aggravatique bello super consulto[d] ducis[2] indutias deposcunt. Quibus concessis[e] ducis eis presidium[f] negatur[g]. Unde urbe egressi potestati se regiae tradiderunt. Ea[h] pugna Tamma[i] pincerna, multis aliis rebus bene gestis olim famosus, factus est clarus. Evurhardus[k] autem audiens de nece Thancmari et defectione suorum militum, fractus animo prosternitur captivo suo, veniam petit ac nequiter promeretur.

XII.[l] Heinricus autem erat[m] eo tempore nimis adolescens[3], fervens[n] animo; et nimia regnandi cupiditate[4] illectus eo pacto crimine solvit eum, quo coniuratione secum facta contra regem dominum suum et fratrem sibi regni diadema, si possibile foret, inponeret[5]. Foedus itaque invicem percussum; inde liberaliter Heinricus ad regem reversus puriori fide ac caritate ab eo est susceptus quam ingressus.

XIII.[l] Suasione quoque optimi inprimis viri et omni religione probatissimi Frithurici[o], successoris Hildiberhti[p] archiepiscopi[6], Evurhardus[q] adiit regem, supplex veniam[r] deposcit, se suaque omnia ipsius arbitrio tradens. Ne igitur ingens scelus inemendatum maneret, quasi in exilium in Hildinensem[s] urbem[7] a rege dirigitur. Sed non post multum temporis in gratiam clementer recipitur et honori pristino redditur[8].

a) urbis *h. l., non sequenti* (urbis prefecto), *om. A.* b) lares(!) *B* 2; larun *Saxo.* c) insistentes *A.* d) consulta *B* 1. e) concessit *B* 2. f) non *add. B* 2. g) negauit *C.* h) et *C.* i) *sic C;* tammo *A. B* 1. *Saxo;* Dammo *B* 2. k) Euerhardus *A. B* 2; Eberhardus *Frut. Saxo.* l) *numerum om. C.* m) erat *om. C.* n) fervens *om. B* 2. o) *sic B* 2. *C;* friderici *A. B* 1. *Saxo.* p) *sic C;* hildeberhti *A;* Hildiberti *B* 2; hildeberti *Saxo.* q) *sic C;* eberhardus *A. Saxo;* Euerhardus *B* 2. r) veniam *om. B* 2. s) *sic B* 1. *C;* Hildenensem *B* 2; hildensheimsem (*non* Hildeshamensem) *A;* hildenesheimensem *Saxo.*

1) *Cf. supra p.* 64, *l.* 6. 2) *I. e. ducem, scil. Everhardum, consulturi. PERTZ. Cf. Köpke p.* 155; *Dümmler, 'Otto d. Gr.' p.* 75, *n.* 3. 3) *Heinricus inter annos* 919. *et* 922. *natus tunc decimum sextum vel octavum annum agebat.* 4) *Cf. infra p.* 67, *l.* 25: Heinricus ardens cupiditate regnandi. 5) *Heinricum ab Eberhardo seductum esse referunt Hrotsvit, Gesta v.* 202 *sqq., et Liudprand. IV,* 21—23. *Widukindus dignus est, quem illis anteferamus.* 6) *A.* 937—954. *Hildibertus obiit a.* 937, *die* 31. *Maii mensis.* 7) *Cf. Cont. Reg. a.* 938, *l. l. p.* 160: Eberhardus Hildinesheim in exilium destinatur. 8) *Eadem fere verba infra p.* 75, *l.* 15 *sq.*

*p. 442. *XIIII. Dum ea interea loci geruntur, antiqui 938. hostes nostri Ungarii[1] subito irruunt in Saxoniam[a] et castris super litus[b] Badae[c] fluminis collocatis inde in omnem regionem diffunduntur. Dux autem missus a 5 castris cum parte exercitus eo die ad vesperam signa movit circa[d] urbem quae dicitur Stedieraburg[e, 2]. Urbani autem videntes hostes et[f] ex itinere et ex pluvia, quae ingens erat, segniores[g], audacter erumpunt portis[h, 3], et clamore primum territantes, demum repente in ad- 10 versarios irruentes, plurimis ex eis caesis et copiosa equorum multitudine cum aliquibus signis capta, caeteros fugere compulerunt. Urbes quas obvias habuere[i] illorum fugam animadvertentes, armis eos omnibus locis urgebant, et maxima ex eis parte prostrata, ducem 15 ipsum in quendam luti puteum cogentes obpresserunt. Altera[k] autem pars exercitus ad aquilonem versus et arte cuiusdam Sclavi[l] in locum[m] qui dicitur[n] Thrimining[o, 4] deductus, difficultate locorum ac manu circumfusus armatorum periit timoremque nimium caeteris 20 incussit. Dux autem illius exercitus cum paucis elapsus comprehenditur, et ad regem deductus pretio magno redimitur. His auditis castra hostium omnia[p] turbata, fuga salutem quaesierunt, nec ultra per triginta annos[5] in Saxonia apparuerunt.

25 XV. Post haec Heinricus ardens cupiditate reg- 939. nandi[6] celebre parat convivium in loco qui dicitur Salaveldun[q, 7]. Cumque esset magnus ac potens maiestate et potestate regali[r], plurimis plurima donat et factionis huiuscemodi plurimos ob id sibi associat. Fuere tamen 30 multi, qui[s] rem celare potius arbitrati sunt, ad hoc

a) Saxones *B* 2. b) littus *B* 2 *semper.* c) bode *A. Saxo.* d) contra *Saxo.* e) *sic B* 1 *(corr. e* stederburg, *littera* a *supra linea inserta) et C;* steideriaburg *A;* Stediereburg *B* 2; stedieraburch *Saxo.* f) et *om. A.* g) seniores *B* 2. h) portas *B* 2. i) *sic B* 1. 2. *C. Saxo;* habuerunt (habuer't) *A.* k) Alterae autem partis *B* 2 *mutante* 35 *sine dubio editore, qui in sequenti* versus *offenderit; alio modo Ann. Saxo mutavit:* versa . . . deducta . . . circumfusa. l) flaui *corr.* slaui *A;* Slaui *B* 2. *Saxo;* sclaui *C, littera* c *prima manu superscr.* m) loco *B* 1. n) dicitur *om. B* 1. o) thriminig *C. Saxo.* p) omnia *om. C. Saxo.* q) Salaueldum *B* 2; salaueldon *Frut.* r) *hic, non post* potens, *distinguunt A. B* 1. 2. *C. (Frut.).* s) que *C.*

40 1) *Cf. supra p.* 47, *l.* 7. *et n.* 5. 2) *Steterburg prope Wolfenbüttel.* 3) *Eadem verba iam supra p.* 14, *l.* 14. 4) *Drömling regio palustris et silvestris e septentrione civitatis Helmstedt. Cf. Ann. Quedlinburg. a.* 937, *SS. III, p.* 56: Ungari . . . in paludibus caeterisque difficultatibus perierunt; *Ann. Corb. a.* 938, *ibid. p.* 4: Ungariorum exercitus 45 in Belxam deletus. Belxa *pagus ex illa regione Albim versus extenditur.* 5) *Cf. de hoc loco praefat.* 6) *Cf. supra p.* 66, *l.* 13: fervens animo; et nimia regnandi cupiditate illectus. 7) *Saalfeld.*

939. tantum, ne rei[a] fraternae discordiae invenirentur. Dabant tamen consilium, quo facilius bellum solveretur[b], ut videlicet ipse relinqueret Saxoniam sub presidio militari et[c] sese inferret[d] Lothariis[e], generi hominum inbelli[1]; et ita factum est, ut primo inpetu eos[f] rex devinceret et uno certamine fatigaret[2]. Commilitonum itaque consulto[g] Saxonia[h], ut diximus, relicta et urbibus Saxoniae vel in Thuringorum terra presidio militari[i] traditis[k], ipse cum amicis Lotharios adit[l]. Cuius rei fama undique omnes perculsi, quia tam subitaneae recessionis a rege ac repentini[m] belli causam penitus ignorabant[n]. Rex autem audita huiuscemodi fama primum non credidit, postremo certum de belli negotio probans, nichil moratus cum exercitu prosecutus[o] est fratrem. Et ut[p] appropiat urbi presidiis fratris munitae quae dicitur Throtmanni[q, 3], milites qui erant in ea, non inmemores fortunae Thancmari, nequaquam sunt ausi inibi regem expectare, sed egressi urbe[r] tradiderunt se ipsos regi. Erat autem Agina[s], qui illam urbem ad manum Heinrici procurare deberet. Hic a rege vehementi iuramento constrictus, quatinus, si posset, dominum suum a bello ad pacem et concordiam revocaret, vel certe ipse ad regem reverteretur, ita dimissus adiit dominum suum. Ductus autem exercitus a rege pervenit usque ad litora[t] Reni fluminis.

938. XVI. Eo tempore[4], quo erat bellum Evurhardi[u] cum rege, missus Hadaldus[v], qui erat super cubiculum regis, ad Isilberhtum[w] pro concordia et pace, cum necdum ad neutram partem palam declinaretur[x], indigne suscipitur, et responsio[y] de die in diem differtur. Ipse autem simultates ducis sentiens nec ultra talibus ver-

a) regi *B* 2. b) dissolueretur *B* 1. c) ut *B* 2. *C*. d) inferior *B* 1. e) Lotharius *B* 2; lotharingis *Saxo h. l.* f) rex eos *A*. g) consultu *B* 2. *Saxo*. h) Saxonia — urbibus *om. B* 2. i) milit. *om. B* 1; milit. pr. *Saxo*. k) tradito *B* 2. l) *sic B* 2. *C*; adiit *B* 1; adierat *Saxo; membrana perforata delet. A.* m) repentine *sec. manu corr.* repentini *B* 1. n) ignorabat *C*. o) persecutus *B* 1. *Saxo*. p) ut *om. C*. q) *sic A. B* 1. 2; thormanni *C*; trotmanni *Saxo*; Trotmunde *Gobelin*. r) urbem *B* 1. s) hagina *A*. t) litus *B* 1; littora *B* 2. u) eberhard. *A. Frut. Saxo*; Euerhard. *B* 2. v) Haaldum *in suo Manuscripto appellari* nobilissimum et regi consanguinitate coniunctum *alucinatur Falke p.* 584. w) isilbertum *A. B* 1; Giselberthum *B* 2; isberhtum *C*; giselbertum *Frut.*; gisilbertum *Saxo*. x) declinaret *B* 2. *Saxo*. y) responso *A. C*.

1) *Cf. supra p.* 37, *n.* f. *Sueton. Caes. c.* 35: de tam inbelli genere hostium. 2) *Cf. de hoc loco Dümmler, 'Otto d. Gr.' p.* 81, *n.* 3; *de Simson, 'N. Archiv' XV, p.* 571, *n.* 2. 3) *Dortmund.* 4) *Prioris belli tempore a.* 938; *cf. Dümmler l. l. p.* 74, *n.* 2.

sutiis contentus[a]: 'Imperium* tibi[b]', inquit, 'regale 938. facio presente populo, tribunali regis condicto die presentari, aut certe hostem te scias iudicari'. Simili[1] modo et pontificem Bernhardum[c, 2] a rege missum inhonoratum 5 et responsi incertum a se dimisit[3]. Fertur etiam et regalium litterarum saepius sigilla corrupisse. Post haec vero[d] verba legatum meliuscule[e] coepit habere et cum honore transduci fecit.

*p. 443. *XVII.[f] Igitur copias belli parantes Heinricus et 939. 10 Isilberhtus[g] decreverunt ad Renum occurrere regi. Agina[h] quoque memor iurisiurandi precedens exercitum transito Reno regi sese presentavit. Et salutato eo verbis humillimis ait: 'Frater tuus, dominus meus, salvum te et incolumem[4] magno latoque imperio[5] diu 15 regnare exoptat tuumque ad servitium demandat[i] quantocius festinare[6]'. Rege autem interrogante de eo, pacem bellumne cogitasset, prospiciens vidit multitudinem nimiam erectis signis tractim procedere[7] et ad sui partem exercitus, qui[k] iam Renum transierat, tendentem. 20 Et conversus ad Aginam[l]: 'Quidnam vult', inquit, 'illa multitudo aut quae est?' At ille satis otiose[m]: 'Dominus meus[n]', inquit, 'est, frater tuus; si meae suasioni dignaretur animum inclinare, aliter venisset[o]. Modo, ut ipse iuravi, veni[p]'. Rex autem his auditis dolorem animi

25 *) 'Imperio', inquid, 'tibi regali denuncio, teste populo' *C*[8].

a) contemptus *C.* b) *sic B* 1. 2. *Saxo;* inquit regale tibi *A.* c) berthardum *C.* d) vero *om. C. Saxo.* e) melius *B* 2. f) VII. *C.* g) isilbertus *A. B* 1; Giselberthus *B* 2; hisberthus *C;* gisilbertus *Saxo;* Giselbertus *Gobelin.* h) Hagina *A.* i) se *add.* 30 *B* 1. 2. k) que *Saxo.* l) haginam *A.* m) *sic C;* ociose *A. B* 1. 2 *(non* sciose, *sicut Waitz annotavit). Saxo;* sciose *Reineccius p.* 20. n) inquit meus *B* 1. o) ueniret *corr.* uenisset *B* 1. p) uenit *B* 1.

1) *Verba* Simili — sigilla corrupisse *post inserta esse monuit Giesebrecht, 'DKZ.' ed.* 5. *I, p.* 812. 2) *Halberstatensem, qui sedit a.* 924—968. 35 3) *Livii Ann. XXXVII, c.* 54, 9: ne aut regem amicum inhonoratum dimitteretis. 4) *Sueton. Ner. c.* 34: salvam et incolumem cum gaudio nuntiantem. 5) *Cf. supra p.* 10, *l.* 1: lato magnoque diu imperio; *ib. l.* 30: latum preterea imperium; *p.* 51, *l.* 15: magnum latumque imperium; *infra p.* 72, *l.* 15 *sq.*: pro magno latoque imperio. 40 6) *Cf. supra p.* 11, *l.* 9: ad servitium Irminfridi festinare. *Hic quoque auctor fabulosam quandam traditionem secutus videtur esse.* 7) *Cf. supra p.* 45, *l.* 11: erectis signis procedebant castris; *infra III,* 44: erectis signis procedunt castris. 8) *Hunc locum ab auctore ipso variatum esse iam Waitz a.* 1839. *putavit, ego quoque puto, sicut supra* 45 *I,* 22, *infra III,* 2. *lectionem, quam B* 1. 2. *Ann. Saxo praebent, antiquissimam formam ratus.*

939. motu corporis non celabat, eo quod non adessent[a] naves, per quas Renum transcendere posset; et ingens flumen aliud iter non prebebat[b], nec tempus subitanei certaminis in ulteriore[c] ripa constitutos aliud sinebat cogitare, nisi aut coram hostibus cadere debere[d] aut certe armis vitam defendere[e]. Unde ad Deum supplices expandens manus rex ait: 'Deus[f]', inquit, 'omnium rerum auctor et rector, respice populum tuum[1], cui me preesse voluisti, ut, ereptus[g] ab inimicis, sciant omnes gentes ullum mortalium tuae dispositioni[h] contraire non posse, qui omnia potes et vivis et regnas in aeternum[2]'. Qui autem erant in ulteriore[i] ripa, sarcinas et inpedimenta quaeque transmittunt in locum qui dicitur Xantum[k. 3]. Ipsi vero parati hostes expectant[l]. Cumque esset piscina inter nostrates et hostes, Saxones divisis sociis, pars una[m] ex adverso ruit in hostes, altera[n] pars a tergo insequitur, in mediis[o] hostes obprimens, pauci plures vehementer urgebant. Neque enim[p] nostratium[q] supra centum armatos fuisse perhibetur, adversariorum vero magnus satis exercitus. Sed cum a fronte pariter et a tergo urgerentur, qua parte potissimum cavere debuissent, in promptu non erat. Ex nostris etiam fuere qui Gallica[r] lingua ex parte loqui[r] sciebant, qui clamore in altum[s] Gallice levato exhortati sunt adversarios ad fugam. Illi socios huiuscemodi clamasse arbitrati, fugam, ut clamatum est, inierunt. Eo die ex[t] nostris multi vulnerati, aliqui etiam caesi; inter quos Ailbertus[u], qui cognominatus est Candidus, telo ducis Heinrici vulneratus non multis interiacentibus diebus defunctus est. Hostes autem omnes aut caesi vel capti vel certe fugati, sarcinae omnes et omnis hostium suppellex[v] inter vic-

a) essent *B* 1. b) preberet *C*. c) *sic A. B* 1. *C. Frut.;* ulteriori *B* 2. *Saxo.* d) deberet *B* 2; *om. B* 1. e) defenderet *B* 2. f) Dominus *B* 2. g) erepto *Saxo.* h) dispositione *C.* i) *sic A. C;* ulteriori *B* 1. 2. *Frut. Saxo. Cf. supra n.* c. k) *sic A. C. Saxo;* xanctum *B* 1; Sanctum *B* 2; xantus *Frut.* l) expectarent *C.* m) uno *C.* n) altera — hostes *om. C.* o) medio *Frut. Saxo.* p) enim *om. A (non B 2) ideoque Reineccius p.* 20. q) *sic B* 2. *C. Frut.;* nostratum *A. B* 1. r) qui gallicam linguam ex parte sciebant *C.* s) alto *A.* t) multi ex nostris *B* 1. u) eilbertus *A;* Albertus *B* 2; adalbertus *Saxo.* v) supplex *C;* supellex *B* 2.

1) *Exod.* 33, 13: respice populum tuum. 2) *Cf. Ps.* 10, 16; *Eccli.* 18, 1. *etc.* 3) *Giselbertum et Heinricum* iuxta Biertanam *(Birten villam a civitate Xanten inter meridiem et orientem paulo distantem, cf. Wedekind, 'Noten' I, p.* 204 *sq.) sociis regis congressos esse narrat Cont. Reg. a.* 939; supra Rhenum ad locum vocabulo Bierzuni *Liudprand. IV,* 24. *Wid. ipse hoc proelium supra p.* 65, *l.* 16. *et infra III,* 16. bellum Biertanicum *appellat; vide etiam inscriptionem huius capitis supra p.* 53, *l.* 13.

tores divisa. Ex parte Lothariorum bene pugnasse predicabatur illo certamine Godofridus[a] Niger cognominatus[1]. Sed et Maincia[b], cuius supra[2] mentionem fecimus, eo die cecidit. — 939.

XVIII. Dadi[c. 3] autem Thuring mandavit ad prefectos urbium[4], qui[d] erant in oriente[5] partis ducis Heinrici, de victoria regis, et quia ipse dux in bello cecidisset, egitque callide, ut omnes se traderent regiae potestati. Heinricus autem hoc factum nequaquam reliquit inultum[6]. Ipsi autem duae tantummodo ex omnibus remanserant[e] urbes, Mesburg[f] et Scithingi[g. 7]. Regi[h] autem post victoriam visum[i] est persequi fratrem suum generumque[8].

XVIIII. Audiens vero de defectione urbium suarum fractusque recenti regis victoria, cum novem[k] tantum armatis iter arripuit, Saxoniamque iam tardius[l] adiens, urbem Mesburg[m] ingressus est. Quo rex comperto et ipse reversus est Saxoniam urbemque, in qua frater erat, cum exercitu obsedit. Sed cum non posset fortiori ac maiori resistere, post duos ferme menses tradita urbe egressus est Heinricus ad regem. Datae sunt autem ei indutiae triginta dierum, quatinus cum militibus sibi cohaerentibus secederet[n] a Saxonia. Si cui vero illorum regem[o] adire placuisset, locum veniae haberet. Quievitque[9] Saxonia[p] post haec ab intestinis bellis[10] paucis diebus.

*p. 444. *XX. Barbari autem labore nostro elati nusquam ab incendio, caede ac depopulatione vacabant, Geronem-

a) *sic B 2. C;* godefridus *A. Saxo;* frid̄ *B* 1. b) meinzo *Saxo, ut supra.* c) *sic B* 1. 2. *C. Saxo;* Dedi *A;* teti *Frut.* d) *sic B* 1. 2. *C;* que *A. Frut.* e) remanserunt (remansert) *A.* f) *sic C semper;* mersburg *A. B* 1. 2; mesburh *Saxo;* meresburg *Frut.* g) *sic B* 2. *C;* sch[. . .]ngi, *litteris deletis membrana perforata A (Reineccius p.* 21. Schidingi*);* scitingi *B* 1; schidingon *Frut.;* scitiggi *Saxo. Cf. supra p.* 11, *n.* n. h) Regiam *B* 2. i) iussum *B* 2. k) nouis *B* 2. l) tardus *B* 1; tarde *Saxo.* m) *sic C;* mersburg *A. B* 1. 2; mesburh *Saxo;* meresburch *Sigebert.;* meresburg *Frut.* n) secederent *C.* o) ad regem, ad *expunct. B* 1. p) post hec sax. *A.*

1) *De quo amplius non constat.* 2) *P.* 65, *l.* 13 *sqq.* 3) *Idem infra III,* 16. Dadanus *nominatur. Erat comes* in pago Hassagoi et in confinio Mersapurac; *DD. I, p.* 197. *Cf. Dümmler, 'Otto d. Gr.' p.* 84, *n.* 2. 4) *Cf. Rodenberg, 'N. Archiv' XXV, p.* 483. 5) *Cf. supra p.* 32, *n.* 2. 6) *Dadi a.* 953. *ab Ottone Heinrico fratri traditum exilio damnatum esse infra III,* 16. *narrabitur.* 7) *Burg-Scheidungen.* 8) *I. e. sororis maritum (Giselbertum), sicut iam Frecht p.* 27. *annotavit (cf. supra p.* 11, *n.* 1*). Ideoque Ottonem tunc in Lotharingiam profectum esse verisimile est; Reg. Imp. II, nr.* 76 *m.* 9) *Ios.* 11, 23. *Iudic.* 3, 11. 5, 32: quievitque terra. 10) *Eadem verba infra p.* 82, *l.* 26. *et Sallust. Cat. c.* 5: bella intestina.

939. que, quem sibi[1] rex prefecerat[a, 2], cum dolo perimere cogitant. Ipse dolum[b] dolo preoccupans, convivio claro delibutos ac vino sepultos[3] ad triginta[c] fere principum barbarorum una nocte extinxit[4]. Sed cum non sufficeret contra omnes nationes barbarorum — eo quippe tempore et[d] Apodriti[e] rebellaverant, et caeso exercitu nostro ducem ipsum nomine Haicam[f] extinxerunt —, ab ipso rege saepius ductus exercitus eos laesit et[g] in multis afflixit et in ultimam pene calamitatem perduxit. Illi vero nichilominus bellum quam pacem elegerunt, omnem miseriam carae libertati postponentes. Est namque huiuscemodi genus hominum durum et laboris patiens[5], victu levissimo assuetum, et quod nostris gravis oneris[h] esse solet, Sclavi[i] pro quadam voluptate ducunt. Transeunt sane dies plurimi, his pro gloria et pro magno latoque imperio[6], illis pro libertate ac ultima servitute varie certantibus[7]. Multos quippe illis diebus Saxones patiebantur hostes, Sclavos ab oriente, Francos[k] a meridie, Lotharios ab occidente, ab aquilone Danos[8] itemque Sclavos[l]: proptereaque barbari longum trahebant certamen.

XXI. Fuit autem[m] quidam Sclavus a rege Heinrico relictus[9], qui iure gentis paterna successione dominus esset eorum qui dicuntur Heveldi[n], dictus Tugumir.

a) prefecera, t *detrit. A.* b) dolo dolum *A. Saxo.* c) XXX (e *superscr.*). *A. Saxo.* d) et *om. B 2.* e) appodriti *A;* Abotriti *B 2 semper.* f) hoicam *A;* haincam *C.* g) et in *detrit. A.* h) graui oneris *A (o delet.). B 1 (s superscr.), et sic in archetypo videtur scriptum fuisse;* grauioris *C;* graui oneri *B 2;* oneri *(*gravi *om.) Saxo.* i) *sic B 2. C (c superscr.);* slaui *A.* k) Francos — occidente *om. C. Saxo.* l) *sic B 2. C et h. l. forsitan A, membrana perforata paene delet.* m) quidam autem *B 2.* n) heuelli *A semper, (Saxo).*

1) *I. e.* iis. 2) *Gero praeter pagum Suevon iam a.* 937. *etiam Nordthuringowe rexit, et his annis marchio limitis Saxonici constitutus esse videtur. WAITZ. Cf. Dümmler, 'Otto d. Gr.' p.* 85, *n.* 2. 3) *Cf. supra p.* 16, *l.* 29: super inprovisos et somno sepultos; *Vergil. Aen. II, v.* 265: somno vinoque sepultam; *III, v.* 630: vinoque sepultus. 4) *Cf. de hoc loco Dümmler l. l. p.* 85, *n.* 3. 5) *Cf. infra III,* 22: patiens laborum; *Sallust. Iug. c.* 44: laboris patiens. 6) *Cf. supra p.* 69, *l.* 14. *et n.* 5. 7) *Cf. Sallust. Iug. c.* 94: pro gloria atque imperio his, illis pro salute certantibus. *Etiam supra p.* 14, *l.* 17 *sqq. et n.* 3. 8) *Cf. Dümmler, 'Otto d. Gr.' p.* 85, *n.* 4; *Steenstrup, 'Danmarks Sydgrænse' (Univ.-Progr. Kjöbenhavn* 1900*) p.* 51. 9) *Cf. Köpke p.* 148 *sq. et Waitz, 'Heinr. I.' ed.* 3. *p.* 130, *n.* 2, *qui hunc principem Slavorum a.* 929. *in proelio apud Lenzen cum Redariis commisso (supra I,* 36*) Heinrici captivitatem subisse volebant; eum Brandenburg civitate expugnata (I,* 35*) captum esse ab Ottenthal, Reg. Imp. II, nr.* 23 *b, probabilius coniecit.*

Hic pecunia multa captus et maiori promissione persuasus professus est se[a] prodere regionem. Unde quasi occulte elapsus venit in urbem quae dicitur Brennaburg[b,1], a populoque agnitus et ut dominus susceptus, in brevi quae promisit inplevit. Nam nepotem suum, qui ex omnibus principibus gentis[c] supererat[d], ad se invitans dolo captum interfecit[e], urbemque cum omni[f] regione ditioni regiae tradidit[2]. Quo facto omnes barbarae nationes usque in Oderam[g] fluvium simili modo tributis regalibus se subiugarunt[h]. 939.

XXII. Heinricus igitur discedens a Saxonia Lotharios iterum adiit et cum genero[3] suo, duce scilicet Isilberhto[i], cum suis militibus aliquamdiu moratus est. Iterum ducitur exercitus a rege contra Isilberhtum[k], et omnis regio Lothariorum illius imperio subiacens igni traditur; obsessusque in urbe quae dicitur Kievermont[4], elapsus inde proficiscitur. Et cum obsidio difficultate locorum[5] parum procederet[6], vastata undique regione rex in Saxoniam revertitur[7].

XXIII. Sciens autem comitem Isilberhti[l] versutum et callidum nimis nomine Immonem[m,8], artibus illius melius arbitratus est pugnare quam armis[n,9]. Ille vero, ut erat astutissimus, meliori ac maiori se subdens, arma sumit contra ducem; quod ipse dux omnium laborum gravissime tulit, quia eum sibi adversum sustinere debuisset, cuius consilio ac fidei hactenus se maxime credebat. Augebat quoque indignationem ducis[o] grex porcorum ab Immone callide captus. Nam subulci ducis[p] cum contra portas[q] urbis transirent, Immo por-

a) se *om. C.* b) brandeburh *Saxo;* Brandenburg *B* 2. c) gentibus *C.* d) superaret *B* 1. e) interficit *C.* f) omni *om. B* 2. *Saxo.* g) Odoram *B* 2. h) subiugauerunt *B* 1. i) isilberto *A semper;* Isilbertho *B* 2; isberhto *C;* giselberto *Frut.;* gisilberto *Saxo.* k) Isilberthum *B* 2; hisberhtum *C.* l) Giselberthum *B* 2; isberhti *C.* m) ymmonem *A semper.* n) cedere *add. A.* o) duci *B* 2. p) ipsius *h. l. A, non in l.* 27, *ut in edit. prioribus annotatum.* q) porcos *B* 2.

1) *Quando et quomodo urbs a Slavis recuperata fuerit, minime constat.* 2) *Sed ipse sub ditione regis posthac illis finibus praefuisse videtur; Dümmler, 'Otto d. Gr.' p.* 103. 3) *I. e. sororis marito; Bouquet, 'Recueil' VIII, p.* 218, *n.* b. 4) *Chèvremont prope Leodium. De tempore huius obsidionis cf. Reg. Imp. II, nr.* 77 *b.* 5) *Erat* castellum . . ingeniis non solum hominum, verum natura ipsa munitum *Liudprand. IV,* 34. *Cf. Dümmler l. l. p.* 87, *n.* 1. 6) *Sallust. Iug. c.* 46: sin id parum procedat. 7) *Tunc die Sept.* 11. *privilegium dedit* in civitate Vuerlaha; *DD. I, p.* 109 *sq.* 8) *De hoc comite egit nuper G. Kurth, 'Bulletins de l'académie royale des sciences, des lettres et des beaux-arts de Belgique', ser. III, t. XXXV (*1898*), p.* 320—333. 9) *Cf. B. de Simson, 'N. Archiv' XV, p.* 575.

939. cellum pro[a] porta agitari fecit et omnem gregem porcorum apertis portis intra urbem recepit. Quam iniuriam dux ferre non valens coacto exercitu obsedit Immonem. Ille autem plurima apum examina habuisse fertur[1], quae frangens proiecit contra equites. Apes autem aculeis 5 equos stimulantes in insaniam vertebant, ita ut equites periclitari coepissent. Quo viso Immo prospiciens de muro eruptionem cum sociis minitavit[b]. Huiuscemodi igitur artibus saepius dux ab Immone delusus solvit obsidionem. Discedens vero fertur dixisse: 'Immone 10 mecum sentiente omnes Lotharios facile captos tenui, modo ipsum solum cum omnibus Lothariis capere nequeo'.

XXIIII. Tractum tamdiu bellum Evurhardus[c] considerans ultra non quiescit; quin contempto rege et 15 iure spreto iuramentorum, ut initio[d], conserta manu cum Isilberhto[e] ad incentiva bellorum pariter conspirant. Nec contenti regno occidentali solummodo, in Reni orientalem agrum depopulandum cum exercitu demerguntur. Haec cum audiuntur *in castris regis — 20 *p. 445. nam ea tempestate[f] rex erat pugnans[g] contra Briseg[2] et alias urbes, quae erant Evurhardi[h] ditionis —, multi se a[i] castris eruebant, nec ultra spes erat regnandi Saxones. Rex vero ea[k] turbatione tanta constantia ac imperio usus est[l], licet raro[m] milite[3] constiparetur, acsi 25 nichil ei difficultatis obviasset. Nam summi pontifices[4] relictis tentoriis et alia qualibet suppellectili[n], ipsi etiam defecerunt a fide.

a) pre *B* 1. b) minitatus est *B* 2; minitabat *Saxo.* c) euuthardus *C;* euerhardus *A. B* 2. *Saxo.* d) ut in initio *A.* e) Iselbertho *B* 2; hisberhto *C;* gisilberto *Saxo.* 30 f) potestate *B* 2. g) puer (!) pugnans *A.* h) euerhardi *A. B* 2; euuthardi *corr.* euurh. *C.* i) a *om. B* 2. k) in ea *B* 2. *Saxo.* l) *hic finiuntur in A illa duo folia, quae prius desiderata a.* 1850. *reperta sunt. Cf. supra p.* 64, *n.* k. m) coram *B* 2. n) *sic A. C. (Saxo);* suppellectile *B* 1; supellectili *B* 2.

1) *Sunt qui ex comitis nomine, quod cum vocabulo Germanico* imme 35 (impi) = apis *convenit, hanc famam natam esse putent, alii qui ex hac fama comitis nomen; cf. Dümmler, 'Otto d. Gr.' p.* 87, *n.* 2; *Kurth l. l. p.* 324. *Memoriam quidem fabulosam aut vulgarem narrationi subesse concedere licet.* 2) *Alt-Breisach in insula Rheni situm. Cf. Dümmler p.* 89, *n.* 1. 3) *Cf. supra p.* 49, *l.* 19: cum raro milite armato. 40 *Hrotsvit v.* 256, *ed. de Winterfeld p.* 211: praepauco milite saeptus. 4) Fridericus archiepiscopus Mogontiensis et Ruodhardus episcopus Strazburgensis fixis in obsidione tentoriis et relictis copiarum, quas detulerant, sarcinis nocte clam aufugerunt *Cont. Reg. a.* 939, *SS. r. G. p.* 161. *Cf. infra c.* 25. 45

XXV. Defectionis causam edicere et regalia mi- 939.
steria[a] pandere[1] super nos est, verum historiae[b] satisfaciendum arbitramur; quicquid in hac parte peccemus, veniabile[c] sit. Summus pontifex[2] missus ad Evurhar-
5 dum[d] pro concordia et pace, cum esset earum rerum desiderantissimus[e], pacto mutuo suum interposuit iuramentum, et ideo ab eo non posse desipere[f] fertur narrasse. Rex autem per pontificem officio suo congruentia[g] dirigens responsa, nil ad se pertinere voluit,
10 quicquid episcopus egisset sine suo imperio. Quare quia contra auctoritatem regi quasi precellenti noluit subici[3], sed recessit ab[h] eo, in Hammaburgensem[i] urbem[4] quasi in exilium destinavit, Rothardum[k] vero[l] episcopum[5] Novam Corbeiam direxit. In brevi vero
15 utrisque[m] clementer ignoscit, in sui gratiam suscipit[n] et honori pristino reddidit[6].

XXVI. Ad coercendam[o] igitur ducum[p] presumptionem missus Herimannus[q, 7] cum exercitu invenit eos super litus Reni, magnamque partem exercitus[r] abesse,
20 eo quod iam Renum cum preda transissent[s]. Circumfusus itaque dux ipse Evurhardus[t] militum armis, multis vulneribus acceptis ac viriliter redditis, perfossus tandem telis corruit. Isilberhtus[u] autem fugiens navem[v] cum

a) myst. *A. B* 2. b) hyst. *A. B* 1. c) ueniale *B* 1. d) euuthardum *corr.* euurh. *C;*
25 euerhardum *A. B* 2. *Saxo.* e) desideratissimus *A. B* 2, *prima manu corr.* desiderantis-imus *C.* f) *sic ineptissime in archetypo scriptum fuisse consensu codicum A. B* 1. *C et Saxonis evincitur;* deficere *B* 2, *emendante procul dubio editore. Quid Widukindus in animo habuerit, an* desciscere *an* desistere, *ut G. Waitz coniecit, relinquatur in medio.* g) congrua *Saxo.* h) ab eo *om. B* 1. i) *sic A;* hammenburgensem *B* 1; Homma-
30 burgnensem *B* 2; hammaburgnensem *C.* k) ruthardum *A;* Ruodhardum *B* 2. l) episc. uero *B* 2. m) utrique *B* 1. n) suscepit *B* 1. 2; recepit *Saxo.* o) coercendum *B* 1. p) ducis *B* 1. q) hermannus *A, sicuti semper.* r) exercitus *om. B* 1. s) transisset *B* 1. t) euerhardus *A. B* 2. *Saxo.* u) Isilb'tus *A;* Giselbertus *B* 2; isberhtus *C;* gisilbertus *Saxo.* v) nauim *B* 1.

35 1) *Iuvenci prol. v.* 8: aeternae pandens mysteria vitae. 2) *Archiepiscopus Moguntinus. Quem tunc cum Eberhardo tractasse nemo nisi Wid. tradit; nec constat, quid inter eos compositum sit.* 3) 1. *Petr.* 2, 13: Subiecti igitur estote omni humanae creaturae propter Deum, sive regi quasi praecellenti. 4) *Hamburg. Eum* in Saxoniam *relegatum esse*
40 *refert Liudprand. IV,* 33, ad Fuldam monasterium *Cont. Reg. a.* 939. *Ideoque Leibniz, Ann. Imp. II, p.* 487: Hamelburgum est, *inquit,* locus iuris Fuldensis. *At in archetypo nostro* Hammaburg. *fuisse fere constat. Huc accedit, quod Cont. Reg. alterum Frithurici exilium, quod Fuldae egit (infra c.* 38*), spectasse videtur. Cf. Werra, 'Ueber den Cont. Reg.'*
45 *(Dissert. Lips.* 1883*) p.* 13 *sqq.* 5) *Strazburgensem, a.* 933—950. 6) *Cf. supra p.* 66, *l.* 26 *sq.*: in gratiam clementer recipitur et honori pristino redditur. 7) *De Herimanno Suavorum duce cogitare videtur.*

939. pluribus[a] ascendit, quae onere pregravata subcumbens mergitur; ipseque dux cum caeteris mersus numquam est inventus[1]. Rex autem audita victoria suorum[b] militum ac morte ducum gratias egit[c] omnipotenti Deo, cuius saepius auxilium expertus est oportunum. Pre- 5 ficiensque regioni Lothariorum Oddonem[d] Ricwinis[e] filium, et[f] ut nutriret nepotem suum, filium Isilberhti[g], optimae spei puerulum, nomine Heinricum, reversus est in Saxoniam. Mater autem pueri[2] copulata est coniugio Hluthowico[h] regi, et Heinricus frater regis disce- 10 dens a Lothariis secessit in regnum[i] Karoli[k]. Necem 940. ducum asperrima hiemps hiememque secuta[l] est fames validissima[3].

XXVII. Post haec[4] Immo[m], re[n] vera nescio an falso, arma sumit contra regem, et media hieme circum- 15 datus exercitu se pariter cum urbe[o] tradidit, ac deinceps fidelis et utilis permansit[5].

XXVIII. Nepotes quoque Isilberhti[p] servituti regiae se subiciebant[q], urbibus quas tenebant nichilominus retentis; Kievermont etiam ab Ansfrido[r] et Arnoldo[s] 20 adhuc tenebatur. Ad quos Immo mandatum[t] huiuscemodi dirigens ait: 'De me non sentio nisi quod vos sentitis; de vobis autem notum est, quia huius gentis principes estis. Nulli ergo dubium, quin duabus manibus quisque magis valeat quam una. Certum est itaque tres 25 unum fortitudine precedere[u]. Et nunc quae necessitas cogit, ut serviamus Saxonibus, nisi nostra discordia? Quando vos armis circumdederunt, num victoria laetati sunt? Victoribus certe turpe est servire. Optimum omnium mortalium, qui me a puero nutrivit et inter 30

a) multis *B* 1; plurimis *Saxo*. b) suorum *om*. *B* 1. c) agit *C*. d) ottonem *A*. *Frut*. *Saxo*. e) *sic A*. *C*; ricwini *B* 1; Ricuinis *B* 2; richwini *Frut*. *Saxo*. f) ut et regnum procuraret et nep. . . . nutr. *Frut*. = *Saxo*; *quae in codd. omissa esse nemo coniciat*. g) isilb'ti *A*; Giselberti *B* 2. *Frut*.; isberhti *C*; gisilberti *Saxo*. h) ludwico *A*; Luthouuico *B* 2; luthuuico *C*; lodowico *Saxo*. i) regionem *B* 2. 35 k) Caroli *B* 2. *C*, *sicuti semper*. l) fames val. secuta est *B* 1. m) ymmo *A*, *sicuti semper*. n) re *om*. *B* 2. o) orbe *A*. p) isilberti *A*; Giselberthi *B* 2; isberhti *C*; gisilberti *Saxo*. q) subiacebant *C*; subdebant *Saxo*. r) Anfredo *B* 2. s) *sic A*. *B* 1. 2; arnaldo *C*. — ab ansarbardo *corr*. ansarnardo tenebatur *Saxo*. t) huiuscem. mandat. *B* 1; huiuscem. *om*. *Saxo*. u) precellere *Saxo*. 40

1) *Cf*. *Ann*. *Corb*. *a*. 939: Evurhardus et Isliberhtus duces occisi sunt. *De die mortis nihil constat*. 2) *Gerberga*. *Cf*. *infra c*. 39. 3) *Cf*. *Curschmann*, *'Hungersnöte im Mittelalter' p*. 105. 4) *I*. *e*. *post a*. 940; *cf*. *infra p*. 77, *l*. 22 *sqq*. *Sed quo anno quae in c*. 27. 28. *narrantur facta sint, non satis constat*. 5) *Cf*. *supra p*. 43, *l*. 16; *p*. 59, *l*. 9. 45 *et n*. 2.

amicos semper habuit et magna potestate clarificavit, nostrum communem dominum deserui et Saxoni[a] me periculo capitis mei sociavi; modo, ut scitis, pro[b] merito honore[c] contumelia ab eo affectus, armis circumdatus, pene ex libero servus factus sum[d. 1]. Ut ergo noveritis me ex fide communi utilitati velle consulere, tibi, Ansfrid[e], unicam filiam meam desponsabo, quo nullo apud vos infidelitatis scrupulo notari queam. Date igitur locum mutui[f] colloquii, et ex me ipso fidem probabitis, quam *per nuntium necdum[g] potestis'. Ipsi ad haec, quamvis ferrei pectoris essent et illum iam olim suspectum haberent[2], tantae tamen calliditati[h] cedentes, suasibilibus emolliti[i] verbis[3], mutuo dabant locum conspectui. At[k] ille armatos habens locis oportunis absconditos dolo ambos cepit et sub custodia regi destinavit, mandato[l] in haec verba pariter directo: 'Elatior[4]', inquit, 'est mollior, vinclis[m] aut verberibus non indiget, minis[n] pandit universa quae scit. Ansfrid[e] vero durior[o] ferro est, hunc si tormenta acerrima rimentur, magnum est'. [p]Quos cum rex suscepisset, aliquanto tempore custodiae mancipatione castigavit. Postea suae gratiae lenitate sibi associans in pace dimisit. Cum ergo causae causis et[q] res rebus ita copulatae sint[r], ut sententiarum ordine discerni adeo non debeant, nemo me temporum[s] vicissitudine accuset, dum posteriora anterioribus preposuerim gesta[5].

*p. 446.

XXVIIII. Rex igitur vicina sibi[t] semper clementia[6] graves[u] fratris miseratus labores[7], aliquantis urbibus suis usibus[v] concessis permissus est intra[w] regionem Lothariorum habitare[8].

940.

a) saxonibus, b) *prima manu add. C;* Saxoniae (me *om.*) *B* 2. *Saxo.* b) pro *post superscr. B* 1. c) honoris *Saxo.* d) sum *om. A;* sum factus *Saxo.* e) *sic h. l. et B* 2. f) mutui *om. C;* mutuo colloquio *A.* g) nondum *Saxo.* h) caliditati *C.* i) uerbis emoll. *B* 1. k) Et *Saxo.* l) mandato *om. B* 1. m) uinculis *B* 2. *Saxo.* n) minus *C.* o) *sic B* 2. *C. Saxo;* durior est ferro *bis script. A;* ferro durior est *B* 1. p) est quos *sine distinctione A.* q) ac *B* 2. — res *om. C;* rebus res *B* 2. r) sunt *B* 1. s) temperum *B* 1. t) *sic B* 1. *C. Frut.;* semper sibi *A. B* 2. u) grauis *C.* v) concessis usibus *B* 1. w) in terra reg. *B* 2; in loth. regione *Frut.*

1) *Cf. supra p.* 42, *l.* 6: Saxonia ex serva facta est libera. 2) *Sallust. Iug. c.* 71: ne super tali scelere suspectum sese haberet. *Cf. infra III,* 10: suspectum super hac causa Heinricum . . habentes. 3) *Cf. infra III,* 19: suasibilibus corruptus verbis. 4) *Arnoldus.* 5) *Cf. de hoc loco Raase p.* 22 *sqq.* 6) *Cf. supra p.* 63, *l.* 9 *sq. et n.* 2. 7) *Vergil. Aen. I, v.* 597: Troiae miserata labores. 8) *Immo ducatum Lothariensem Heinrico tunc commissum esse reliqui tradunt; Dümmler, 'Otto d. Gr.' p.* 106; *cf. Lauer, 'Le règne de Louis IV.' p.* 59, *n.* 7.

940. XXX.[a] Eo tempore[b] bellum[c] barbarorum fervebat. Et cum milites ad manum Geronis presidis conscripti crebra expeditione attenuarentur et donativis[1] vel tributariis premiis minus adiuvari possent, eo quod tributa passim negarentur, seditioso odio in Geronem exacuuntur. 5 Rex vero ad communes utilitates rei publicae Geroni semper iuxta erat. Unde factum est, ut nimis exacerbati odia sua in ipsum quoque regem vertissent.

941. XXXI. Quae causa[d] Heinricum minime latuit. Et ut solet, amaris[e] animis[2] dum dulce aliquid offertur, 10 facile[f] persuadebat huiuscemodi homines sibi concordare, spem habens iterum regnandi, dum nosset[g] exercitum regi offensum. Denique multis intercurrentibus legatis et munusculis invicem missis omnes pene orientalium partium[3] milites sibi colligavit. Quae res ad tantum 15 nefas processit, ut coniuratione valida facta, in paschali *Apr. 18.* festivitate, quae erat proxima, cum ipse Heinricus ad[h] palatium[4] adisset[i], regem occidere cogitassent, ipsi vero regni diadema inponerent[k]. Earum rerum dum non esset publicus proditor, semper se protegente summa 20 divinitate, notae factae sunt regi insidiae[5] modicum ante pascha. Qui fidelium[l] militum vallatus manu die ac nocte, nichilque decoris vel maiestatis regiae coram populo ea sollempnitate minuens, nimium hostibus intulit timorem. Post diem vero sollempnem consilio maxime 25 Francorum, qui eo tempore[m] sibi adstabant[n], Herimanni[o] scilicet, Udonis[p] atque Cuonradi[q] qui dictus est Rufus[6], secrete proditos iubet comprehendi vel certe occidi. Inter quos erat primus in caeteris omnium bonarum virtutum rebus absque hac noxa fortissimus optimusque 30 Erich[r]. Hic cum armatos ad se properasse intellexisset,

a) *cap.* XXX. *in verbis* Et cum milites *incipit C.* b) tempere *B* 1. c) *sic A. B* 2. *Saxo;* bellum barbarum *B* 1; barbarorum bellum *C.* d) que cause heinricum non latuere *B* 1. *(Saxo).* e) solet armis dum amaris animis *A;* dum amaris animis dulce *Saxo.* f) persuadebat facile *B* 2. g) nossent *B* 1. h) ad *om. B* 1. *Saxo.* i) *sic et Saxo;* 35 adijsset *B* 2; isset *A.* k) imponere *B* 1. *Saxo.* l) milit. fidel. *B* 1. m) maxime *add. B* 2. n) astabant *A. B* 2. *Saxo.* o) hermanni *A;* heremanni *Saxo;* herimannus *C.* p) utonis *Saxo.* q) conradi *A. C. Saxo;* Chuonradi *B* 2. r) Erik *B* 2.

1) *Infra III,* 55. donativum *de beneficio* 20 *mansuum dicitur; alibi vero etiam de pecunia soluta usurpatur. Cf. Köpke p.* 151 *sq.; Waitz,* 40 *'VG.' VIII, p.* 163, *n.* 2. 2) 1. *Reg.* 1, 10. 22, 2. *et saepius:* amaro animo. 3) *Idem intellegit, quod alibi* orientem *dicit.* 4) *Scil. Quedlinburg.* 5) *Act.* 9, 24: Notae autem factae sunt Saulo insidiae eorum. 6) *Conradus Werinheri filius, post gener regis et dux Lotharingiae, habendus est; cf. Köpke p.* 124. 45

conscius causarum equum ascendit, arma sumit, circumfususque hostium turmis, memor pristinae virtutis ac nobilitatis[1] elegit mori quam inimicorum dominationi subici. Nam lancea perfossus occubuit, vir omni virtute ac industria civibus carus atque clarus. Caeteri autem insidiarum conscii in alteram ebdomadam[a] differuntur et secundum leges[b] sceleribus suis meritas poenas solventes capite caeduntur. Heinricus autem fugiens regno cessit[2]. (941.)

XXXII. Eo anno et portenta quaedam apparuere[c], scilicet cometae[3]. Nam a quinta decima Kalendas[d] Novembris[e] usque in ipsas Kalendas[d] visae sunt. Quibus visis[f] multi mortales territi aut nimiam pestilentiam vel certe regni mutationem metuebant; quoniam[g] quidem ante regis Heinrici excessum multa prodigia monstrata sunt, ita ut solis splendor forinsecus aere[h] absque nubilo pene nullus appareret[i], intrinsecus autem per fenestras domorum rubeus tamquam sanguis infunderetur. Mons quoque, ubi ipse rerum dominus[4] sepultus est, fama prodidit, quia multis in locis flammas evomeret. *Hominis[5] etiam cuiusdam manus sinistra ferro amputata post annum fere integrum restituta est ei dormienti, qui[k] pro signo miraculi sanguinea linea loco coniunctionis notabatur. Sed cometas inundatio nimia inundationemque boum pestilentia subsecuta est[6]. (*Oct.* 18. — *Nov.* 1. — *p. 447. — 942.)

XXXIII. Defuncto autem Oddone[l] Lothariorum preside[7] ac regis nepote[m] Heinrico[8], ducatus regionis conceditur Cuonrado[n]; cui et unicam filiam suam rex (944.)

a) *sic A. B* 1. *C.*, *Saxo;* hebd. *B* 2. b) legis *C.* c) apparens *C.* d) XV. kł. *A;* Kal. *Saxo.* e) Novb. *A;* Nouembres *B* 2; nouenbris *Saxo.* f) uisus mort. multi *C.* g) *sic B* 1 *et Saxo, qui tum* quidem *omittit;* quo *A. C;* Quomodo *B* 2; (quō *in archetypo scriptum fuisse conicio H.-E.*). h) aerem *B* 1. i) appareat *C.* k) *sic et Sigebert.;* que *Saxo.* l) ottone *A. Frut. Saxo;* Udone *B* 2. m) *seq.* conrado *eras. B* 1. n) conrado *A. C. Saxo;* Chuonrado *B* 2. *Frut.*

1) *Sallust. Cat. c.* 58: aggrediamini memores pristinae virtutis; *c.* 60: veterani pristinae virtutis memores; *ibid.:* Catilina . . . memor generis atque pristinae suae dignitatis. *Cf. infra III,* 69: non inmemor pristinae nobilitatis ac virtutis. 2) *Sed paulo post captus et custoditus die natali a.* 941. *in gratiam receptus est; quod Widukindus omisit.* 3) *Cf. Ann. Corb. a.* 941: Cometae apparuit; *a.* 942: Inundatio nimia. 4) *I. e. Heinricus; cf. supra p.* 1, *l.* 18. *et n.* 2. *Erat sepultus in civitate Quedlinburg in basilica sancti Petri.* 5) *Hoc miraculum non Heinrici mortis tempore, sed his annis factum esse ex Flodoardo a.* 944, *SS. III, p.* 391, *apparet.* 6) *Cf. Curschmann, 'Hungersnöte' p.* 106; *Lauer, 'Le règne de Louis IV.' p.* 83, *n.* 2. 7) *Ottonem ducem a.* 944. *mortuum esse Flodoardus h. a. tradit; Cont. Reginonis mortem in a.* 943. *collocat.* 8) *Giselberti filio (cf. supra p.* 76, *l.* 7 *sq.), de cuius morte nihil constat.*

desponsavit[a. 1]; qui[b] erat adolescens acer et fortis, domi militiaque[c] optimus, commilitonibus suis carus.

943. (Aug. 12). XXXIIII. Illis diebus Berhtoldus[d] frater[e] Arnulfi[f] procurabat Boioariam[g], pugnansque contra Ungarios victorque existens triumpho celebri factus est clarus[2]. 5

XXXV. Rex autem de die in diem proficiens[3] paterno regno nequaquam est contentus, sed abiit Burgundiam, regem[4] cum regno in suam accepit potestatem. Hugonem alterum[5] armis edomuit[h] ac sibi subiectum fecit; cuius fibulam auream, regi[i] dono concessam, 10 gemmarum varietate mirabilem videmus in[k] altari protomartyris[l] Stephani rutilantem[k. 6].

XXXVI.[m] Igitur cum omnia regna coram eo silerent[7], et potestati ipsius omnes hostes cederent, monitu et intercessione sanctae matris eius recordatus 15 est multis laboribus fatigati fratris[n] prefecitque eum 947. regno Boioariorum[o], Berhtoldo[p] iam defuncto[8], pacem atque[q] concordiam cum eo faciens, qua usque in finem fideliter perduravit[r]. Erat autem ipse dominus Heinricus copulatus matrimonio filiae ducis Arnulfi[s. 9], 20 feminae egregiae formae mirabilisque prudentiae. Fratrum vero pax atque[t] concordia, Deo acceptabilis hominibusque amabilis, toto orbe fit[u] iam celebris, dum unanimes res publicas augent, hostes debellant[v], civibus

a) despondit *prima manu corr.* desponsavit *C.* b) quia *C.* c) *sic et Frut.;* militiaeque *B 2, sicut alibi;* et milicie *Saxo.* d) *sic C;* bertoldus *A. B 1. Saxo;* Bertholdus *B 2, et ita mox.* e) frater *om. C.* f) *sic h. l. et B 2.* g) bawariam *A;* Baioariam *B 2.* h) edomauit *B 1.* i) regni *B 2.* k) in altari — rutilantem *om. B 1.* l) prothom̄rris *A (alibi saepe perscript.* martyr.*);* protomartiris *h. l. C. Saxo.* m) *numerum om. C, novo versu incepto.* n) recordatus est *iterum add. C.* o) bawariorum *A. Saxo;* Baioariorum *B 2. Frut.* p) *sic Frut.;* bertoldo *A. B 1. Saxo;* Bertholdo *B 2 et h. l. etiam C;* bertaldo *Sigebert.* q) et *B 2;* conc. et pacem *Frut.* r) permansit *B 2. Frut.* s) *sic et B 2;* arnolfi *Frut.;* arnoldi *Saxo.* t) et *B 1;* pax atque *om. Saxo.* u) fit *om. A;* fit orbi *Saxo.* v) delent *Saxo.*

1) *Liudgardam, cf. supra I,* 37. *Nuptias a.* 947. *celebratas esse Cont. Reg. tradit.* 2) *Cf. supra p.* 66, *l.* 8. — *Berhtoldus iam a.* 937. *Bawariae dux constitutus, prope Wels ad fluvium Traun Ungarios magna caede a.* 943, *d.* 12. *Augusti, prostravit. Cf. Dümmler p.* 130; *Reg. Imp. II, nr.* 113 *a.* 3) *Cf. supra p.* 23, *l.* 7: Heinricus . . de die in diem proficiebat precellenti prudentia *etc.; p.* 34, *l.* 26 *sq.*: Rex autem de die in diem proficiens et crescens. 4) *Scil. Conradum I. Hoc vero aliquanto ante factum esse ex Flodoardo a.* 940. *apparet. Cf. Reg. Imp. II, nr.* 74 *a.* 89 *c.* 5) *Hugonem Magnum [ducem Franciae], quocum his annis Ottonem modo amice modo hostiliter egisse Flod. tradit. WAITZ. Hugonem Nigrum, ducem Burgundiae, rectius Dümmler p.* 107. *et Wattenbach; Reg. Imp. II, nr.* 89 *d.* 6) *Cf. de hoc loco praefat.* 7) *Cf. Isai.* 14, 7; 1. *Macc.* 1, 3. 11, 52. 14, 4. *et alibi.* 8) *Obiit, ut videtur, a.* 947. *Nov.; Reg. Imp. II, nr.* 157*a.* 9) *Iudithae.*

paterna potestate presunt[a]. Ducatu[b] igitur Boioariorum[c] accepto nequaquam desidia torpuit, sed abiens 949/50. Aquilegiam[d] cepit[1], Ungarios duabus vicibus armis[e] superavit[2], Ticinum[f. 3] transnatavit, et preda magna 5 intra regionem hostium capta exercitum incolumem patriam[g] reduxit[3]. Talium igitur et tantorum mores, habitum formamque, quos summa clementia mundo ad delicias omnemque decorem destinavit, nostrae[h] non est omnimodis virtutis[i] exponere; verum devotionem, quam 10 erga eos habemus, penitus celare nequimus. Ipse denique dominus rerum, fratrum natu maximus optimus, inprimis pietate erat clarus, opere omnium mortalium constantissimus, preter regiae disciplinae terrorem semper iocundus, dandi largus[4], dormiendi parcus[5] et 15 inter dormiendum semper aliquid loquens, quo eum semper vigilare aestimes; amicis nichil negans et supra hominem fidelis. Nam quosdam audivimus accusatos et peccati manifestos, ipsum eorum advocatum et intercessorem et criminis nullo modo credulum[k], et ab eo 20 post habitos[l], tamquam nichil umquam in eum peccassent[6]. Ingenium[7] ei admodum mirandum; nam post mortem Edidis[m] reginae, cum antea nescierit, litteras in tantum[n] didicit, ut pleniter libros legere et intelligere[o] noverit. Preterea Romana lingua[8] Sclavanicaque[p]

25 a) praesumit(!) *B* 2. b) Ducato *B* 1. c) bawariorum *A. B* 1; Baioariorum *B* 2. d) *sic B* 2. *C. Saxo;* aquileiam *A. B* 1. *Sigeb. — Post* aquil., *non post* cepit, *punctum collocat A.* e) superav. armis *B* 1. f) *sic A. B* 1. 2. *C. Sigeb.;* vicinum mare *emend. Saxo.* g) in patriam *B* 2. h) nostrum *B* 2. i) uirtutibus *C; om. B* 2. k) credulus *eadem manu corr.* credulum (credulū) *C. —* et *om. B* 2. l) posthabitos *una voce B* 2. 30 m) ędidis *C.* n) intantum *una voce A. B* 2. *C.* o) intellegere *C.* p) slauanicaque *A. C;* slauicaque *B* 1; Sclauonicaque *B* 2; et slauonica *Saxo.*

1) *Hac de re alibi non fertur. Sed Thietmarus II,* 40, *SS. r. G. p.* 43, *narrat Heinricum praecepisse* patriarcham de Aquileia castrari; *quod postea, a.* 955, *factum esse recte statuit Büdinger, 'Oesterr. Gesch.' p.* 259, 35 *n.* 5, *cf. Reg. Imp. II, nr.* 217*a.* 2) *A.* 950. *inter Bawarios et Ungarios bellum magnum factum esse Annales Hersfeldenses (SS. III, p.* 58; *Lamperti Opera ed. Holder-Egger p.* 36*) produnt. Cf. Reg. Imp. II, nr.* 190*b.* 3) *Köpke, Giesebrecht, Riezler, 'Gesch. Baierns' I, p.* 341, *alii de Tiza (Theiss), Ungariae fluvio, cogitarunt, quibus an assentiar dubito, cum* 40 *fortasse in Italia Ungarios, patriarchae Aquilegiensi foedere iunctos, Heinricus debellarit. Cf. Dümmler p.* 183, *n.* 4) *Idem supra p.* 61, *l.* 13 *sq. de Eberhardo duce:* iocundus animo . . . largus in dando. 5) *Lucan. IX, v.* 590: somni parcissimus. 6) *Cf. huius libri c.*7. 10. 29. 7) *In sequentibus Widukindum Einhardi Vitam Karoli prae oculis habuisse legenti facile* 45 *patebit. PERTZ. Quod Dümmler p.* 513, *n.* 1. *in dubio posuit, Hauck III, p.* 312, *n.* 4, *comprobavit.* 8) *Non de lingua Latina, quam Ottonem ne intellexisse quidem nihil habet negotii demonstrare (Flod. a.* 948; *Liudpr. Hist. Ott. c.* 11; *Ekkehard. De casibus, SS. II, p.* 139, *l.* 43. *et 'St. Gall. GQ.' III,*

loqui scit[a]; sed rarum est, quo[b] earum uti dignetur[c]. *In venationibus creber, tabularum ludos amat, equitatus gratiam regia gravitate interdum exercens. Accessit[1] ad haec et moles corporis, omnem regiam ostendens dignitatem, capite[d] cano sparsus[e, 2] capillo, oculi rutilantes et in modum fulguris[f] cita repercussione[g] splendorem quendam emittentes; facies rubicunda et prolixior[h] barba, et[i] haec contra morem antiquum. Pectus leoninis[k] quibusdam sparsum iubis; venter commodus; incessus quondam citus, modo gravior; habitus patrius, et[l] qui numquam sit[m] peregrino usus[3]. Quotienscumque autem sit opus corona portanda, ieiunium semper precedere[n] pro vero traditur. Heinricus vero morum gravitate pollebat et ob id ab ignotis minus clemens iocundusque predicabatur; constanti admodum animo, fidelis et ipse amicis, ita ut mediocris[o] substantiae militem[4] coniugis suae sororis[p] matrimonio honoraret, socium sibi[q] amicumque faceret. Erat corpore prestanti, et qui in adolescentia omnem hominem egregia forma ad se inclinaret. Iunior vero fratrum domnus[r] Brun[s] magnus erat ingenio, magnus scientia et omni virtute ac industria. Quem cum rex prefecisset genti indomitae Lothariorum[5], regionem a latronibus[t] purgavit et in tantum[u] disciplina legali instruxit, ut summa ratio summaque pax illis in partibus locum tenerent[6].

XXXVII. Igitur cum bella intestina externaque cessarent[7], leges divinae atque humanae auctorali vigore

a) sciebat *B* 2. *Saxo.* b) qua *B* 1; quod *B* 2. c) dignaretur *B* 2. *(Saxo).* d) capite *om. C.* e) sparso *Saxo.* f) fulgoris *sec. manu corr.* fulguris *B* 1. g) citharę percussione *B* 1. h) prolixa *B* 1. *Saxo.* i) ad *add. A.* k) leonis *B* 1; leoninum *B* 2. l) ut *B* 2. m) peregr. sit *B* 1. n) cędere *B* 1. o) melioris *C.* p) suę *iterum add. B* 1. q) sibi *om. C.* r) *sic et Saxo;* dn̄s *B* 1; dominus *B* 2. s) brûn *C;* Bruno *B* 2. *Saxo. Cf. supra p.* 22, *n.* d. t) ita *add. B* 2. u) intantum *una voce A. B* 2.

p. 419*), sed de vulgari Galliae lingua, supra p.* 70, *l.* 23. 24. Gallica, *alibi vero saepissime* Romana *appellata (Nithardus III,* 5*) auctor dicere videtur. Cf. Lot, 'Les derniers Carolingiens' p.* 308 *sqq.* 1) *Idem iam supra p.* 50*, l.* 18 *sq. de rege Heinrico.* 2) *Ovid. Met. VIII, v.* 568: raris iam sparsus tempora canis. 3) *Vita Karoli c.* 23: Vestitu patrio . . utebatur . . . peregrina vero indumenta respuebat. 4) *Iudithae soror (Adelheidis?) Burchardo comiti nupsit; Vita Oudalrici c.* 28*, SS. IV, p.* 415. 5) *Eisdem fere verbis Saxones supra p.* 14*, l.* 3. indomitum genus hominum, *p.* 15*, l.* 11. genus hominum indomabile *dicuntur. Vide etiam Ruotgeri Vitam Brunonis c.* 37: . . Lotharici regni . . . indomita barbaries. — *Brun a.* 953. *Lothariis praefectus erat.* 6) *Cf. quae Ruotgerus variis locis ac verbis narrat.* 7) *Cf. supra p.* 38*, l.* 16: Cumque iam civilia bella cessarent; *p.* 40*, l.* 1 *sq.*: civilia vel externa cessavere bella.

pollent. Gravisque persecutio monachis oritur in diebus illis, affirmantibus quibusdam pontificibus, melius arbitrati[a] paucos vita claros quam plures negligentes inesse[b] monasteriis oportere; obliti, nisi fallor, sententiae patrisfamiliae[c] prohibentis servos[d] zizania colligere, sed utraque crescere oportere et[e] zizania et triticum usque ad messem[1]. Quo factum est, ut plures propriae infirmitatis conscii deposito habitu et relictis monasteriis grave onus sacerdotum devitarent. Fuerunt autem quidam qui summum pontificem Frithericum[f] hoc non pure, sed ficte fecisse[g] arbitrati sunt, quatinus venerabilem virum regique fidelissimum abbatem Hadumarum[h, 2] quoquo modo[i] posset[k] dehonestaret[3].

XXXVIII. Ipse enim erat vir[l] magnae prudentiae ac industriae; sub eius temporibus templum famosum Vuldense igne consumptum est[4] et ab eo restauratum et multo maiori[m] decore perfectum[n]. Hic pontificem sub custodia tenuit secunda coniuratione[5] culpabilem, primum honorifice, sed cum litteras ab eo scriptas reprehendisset, satis[o] severe. Pontifex vero dimissus dum ultionem quaerit[p], contra[q] tantum virum[p] leges non prevalent, humillima monasteria auctoritate temptavit, ut ad excellentissima aequaliter procederet. Sed huiuscemodi simulationes incassum profusae. Nam abbas in gratia et amicitia regis permansit, et causis intercurrentibus pontifex quod cogitavit non inplevit.

XXXVIIII. Soror igitur[r] regis[6] Hluthowico[s] regi genuit tres filios, Karolum, Lotharium et[t] Karlomannum[u, 7]. Ipse autem[v] Hluthowicus[w] rex a ducibus suis

a) *sic A. C;* arbitrari *B* 1. 2. *Saxo;* uideri *Frut.* b) esse *B* 1; in monast. esse *Frut.* c) *sic A. B* 2. *C;* patrisfamilias *B* 1. *Frut. Saxo.* d) seruo *C.* e) et *om. B* 2. f) *sic h. l. C. Saxo;* fridericum *A. B* 1. *Frut.;* Friderichum *B* 2. g) arbitr. sunt fecisse *A.* h) hadumarem *B* 1; hademarum *Frut.* i) quomodo *B* 1; si quo modo *Frut.* k) possit *A.* l) vir *om. A.* m) *sic A. B* 1. 2. *C;* maiore *Saxo.* n) est *iterum add. B* 2. o) *seq.* 5 *litterae erasae C.* p) querit contra tantum uirum, leges *distinguunt B* 1. 2; *distinctione caret A.* q) *sic recte* (9t) *A;* et contra *Reinecc. p.* 25. *ac Meib. p.* 23 *(650).* r) regis igitur *B* 1; autem regis *B* 2. *Frut.* s) ludewico *A. Frut.;* ludowico *B* 1; Lothouuico *B* 2; luthuuico *C.* t) et *om. B* 1. u) karolomannum *B* 1; Carlomannum *B* 2. *C.* v) enim *C.* w) ludwicus *h. l. A;* ludowicus *B* 1. *Sigeb.;* Lothouuicus *B* 2; luthuuicus *C;* ludewicus *Frut.*

1) *Ev. Matth.* 13, 27—30. 2) *Fuldensem, qui sedit a.* 927—956. 3) *Cf. de hoc loco Hauck III, p.* 317. 4) *Ann. Corb. a.* 937: monasteria Fuldense et sancti Galli exarserunt. *Ecclesia nova dedicata est a.* 948; *Flod. h. a. ac Brower, Fuld. antiquit. p.* 121. 5) *Cf. Werra, 'Ueber den Cont. Reg.' p.* 15; *Mittag p.* 11, *n.* 5; *Wattenbach, 'SB. d. Berl. Akademie'* 1896. *p.* 347. 6) *Gerberga.* 7) *Lotharius natus est a.* 941, *Karolus a.* 945. *De Karlomanno nihil compertum habemus. Lauer, 'Le règne de Louis IV.' p.* 135, *n.* 4.

945. (Iul. 13). circumventus et a Northmannis[a] captus, consilio Hugonis Lugdunum[b, 1] missus custodiae publicae traditur. Filium autem eius natu maiorem Karolum[c, 2] Northmanni[d] secum duxerunt Rothun[e, 3], ibi[f] et mortuus est. Audiens autem rex super fortuna amici[g] satis doluit imperavitque expeditionem in Galliam contra Hugonem in annum secundum.

946. XL. Eo tempore cum moraretur rex[h] in campis silvestribus venationem agens, obsides Bolizlavi[i] [ibi[k]] vidimus[4], quos populo rex[l] presentari iussit satis super eis laetatus.

*XLI. Ille annus notabilis casu calamitoso totius populi, de morte scilicet beatae memoriae Edidis reginae, cuius dies extrema VII.[m] Kalend. Februar. celebrata est cum gemitu et lacrimis omnium Saxonum[5]. Haec nata ex gente Anglorum non minus sancta religione quam regali potentia pollentium stirpe[6] claruit. Decem annorum[n] regni consortia tenuit, XI.[o] obiit; Saxoniam vero XVIIII[p] annis inhabitavit[7]. Reliquit filium nomine Liudulfum[q], omni virtute animi et corporis ea aetate nulli[r] mortali secundum[8]; filiam quoque nomine Liudgardam[s], quae nupserat Cuonrado[t] duci. Sepulta est autem in civitate Magathaburg[u] in basilica nova, latere aquilonali[v] ad orientem. *p. 449. Ian. 26.

EXPLICIT[w] LIBER SECUNDUS.

a) nortmannis *A. B* 2; normannis *C. Sigeb.* b) lucdunum *C.* c) Carlomannum *C, et ita* (Karlomannus) *Sigeb.* d) nortmanni *A. B* 2; normann. *Sigeb.* e) Rothum *B* 2. f) ubi *A.* g) amicis *C.* h) rex *deest B* 2; *cf. n.* l. i) bolizlai *A.* k) ibi *deest A. B* 1. 2; *fortasse a librario add. in C.* l) rex *deest A; cf. n.* h. m) *sic B* 1. *C. Thietmar. Frut. Saxo;* septimo *B* 2; VI. *A.* — kalendas Februarii *B* 2, *reliquis breviantibus.* n) annis *Frut. Saxo.* o) *sic A. B* 1. *C. Thietmar. Saxo;* undecimo *B* 2. p) *sic A. B* 1. *C. Frut.;* X et VIIII *Thietmar.;* decem et nouem *B* 2; XVIII *Saxo.* q) ludolfum *A;* luitolfum *Frut.;* liudolfum *Saxo.* r) nullo *B* 2. s) *sic C;* ludgardam *A;* liutgardam *B* 1. 2 (Liutg. nomine *B* 2); luitgardam *Frut.;* lutgardam *Saxo.* t) conrad. *A. B* 1. *C. Saxo;* Chuonrado *B* 2. u) *sic B* 1. 2. *C;* magdeburg *A;* magedeburch *Saxo;* magadeburgensi *Frut.* v) *sic B* 1. *C;* aquiloni *A. B* 2; aquilonari *Thietmar. Saxo.* w) *sic A minio; in B* 1. 2. *C haec desiderantur.*

1) *I. e. Lugdunum-Clavatum, Laon, quod vero historiae vix convenit. Cf. Dümmler p.* 142, *n.* 3; *Lauer p.* 137, *n.* 2. 2) *Karolus erat filiorum natu non maior, sed minor, cf. supra p.* 83, *n.* 7. *Neque tunc ibidem mortem occubuit.* 3) *Rothomagus, Rouen.* 4) *Cf. de hoc loco praefat.* 5) *Cf. supra p.* 33, *l.* 19. *et n.* 6. 6) *Inter proavos eius erat Oswaldus* christianissimus rex *(Beda, Hist. eccl. Angl. III,* 9*); cf. Hrotsvit v.* 94: Germen sanctorum quam producebat avorum *etc.* 7) *Immo* 10. *anno regni mariti et* 18, *quo in Saxonia habitavit, regina mortua est. Eam a.* 947. *obiisse auctor falso supponere videtur. Cf. Waitz, 'Heinr. I.' ed.* 3. *p.* 133, *n.* 2; *Dümmler p.* 10, *n.* 1. *et p.* 146, *n.* 3. 8) *Cf. supra p.* 51, *l.* 13 *sq. et n.* 5.

[AD[a] DOMINAM MAHTILDAM[b] IMPERATORIS FILIAM LIBRI TERTII INCIPIT PREFATIO].

Quemadmodum caeli terraeque facies, hominum[c] voces, vultus ac mores mille modis concordi discordia[1] 5 variantur, sed ad[d] unius luminis sensusque ducatum[d] Dei cuncta regentis providentia coguntur, ita publicis ac privatis rebus intentis imperiale decus, quod te ut serenissimum splendorem gemmamque lucidissimam mundo effudit, unum iustitiae moderamen[2] est normaque 10 rectitudinis. Unde laboris nostri opus, quod a diversis moribus diverse accipitur[3], eo quod ingenii[e] sermonisque claritate egeat, sinu gloriosae clementiae tuae suscipiatur, nec in eo[f] nostra insipientia, sed maior consideretur devotio, humiliter deposco.

15 [EXPLICIT[g] PREPHATIO].

[INCIPIUNT[h] CAPITULA.

I. Quomodo creavit rex[i] filium suum Liudulfum post se regem.

II. De Gallia[k] profectione et altercatione regis 20 et Hugonis ducis et rege Luthwico.

III. Quomodo rex Lucdunum adiit.

IIII. Quomodo Rothun adiit et inde Saxoniam reversus est.

V. Quomodo[l] Huga occurrit regi iuxta flu- 25 vium Car.

VI. De Liudulfo filio regis, quomodo Italiam adiit.

VII. De Bernhario rege Longabardorum.

VIII. Quomodo rex duxit exercitum contra Bolizlavum. 30

VIIII.[m] Quomodo rex reginam[n] sibi sociavit, et Liudulfus ideo tristis inde[o] discedit.

a) *sic C;* Prologus in librum tercium *minio A;* EPISTOLA VVITICHINDI AD REGINAM MAthildim Ottonis Imperatoris filiam *B* 2. *Haec omnia desunt B* 1. b) *sic* 35 *h. l. C.* c) homines *B* 1. d) sed unius lum. sens. ducatu *C.* e) in-‖ingenii *A.* f) *sic A;* ea *B* 1. 2. *C.* g) explicipit *C;* Explicit prologus *A. Haec desunt B* 1. 2. h) *haec praebet solus C.* i) rex *post add. C.* k) *sic C, i. e.* Gallica; *cf. p.* 88, *l.* 24. l) Quomod *C.* m) VII. *corr.* VIIII. *C,* II *superscr., et ita saepius.* n) reginas *C.* o) *seq.* 6 *litterae erasae C.*

40 1) *Cf. supra p.* 10, *l.* 5. 9. *et n.* 1. 2) *Iuvenc. II, v.* 575: iusto moderamine legis. 3) *Cf. de hoc loco praefat.*

a) bertharius *h. l. C, infra* bernharius. b) secuturus *h. l. C;* facturus *infra in c. X.* c) angustanam *C.* d) dano *corr.* dadano *C, secunda syllabu* da *eadem manu superscr.* e) uulhelmo *C.* f) etberhto *C saepius.* g) acipit *C.* h) *sic C saepius.* i) boioarios *C.* k) qui *C.*

a) suithleiscranne *infra in c. LI. cum reliqui codices tum C.*

EXPLICIUNT[b] CAPITULA].

*INCIPIT[c] LIBER TERTIUS[d]. *p. 451.

946. I. Post excessum[e] Edidis reginae omnem amorem maternum transfudit rex in unicum filium[f] suum Liudulfum[g], factoque testamento creavit eum regem post se. Ipse autem tener adhuc erat adolescens, aetatis non habens amplius quam sedecim[h] annos. 20

II. Rex vero in Galliam[i] proficiscens expeditionem, coacto apud Camaracam[k] urbem exercitu, festinat intrare regnum Karoli vindicandae causa[l] iniuriae generi[m] sui Hluthowici[n]. Quo audito Hugo[o] missa legatione iurat per patris sui[2] animam, qui iam olim periit Deo regique[p] proprio repugnando, quia tanta sibi esset copia armorum[q], quanta[r] hactenus rex numquam vidisset. Additque[s] contemptum vane tumideque super Saxones loquendo, quia inbelles essent, et quia facile 25 30

a) ergo (!) *C.* b) explicit *C.* c) *sic A. C; etiam haec desunt B* 1; VVITICHINDI MONACHI BENEDICTINI DE REBUS GESTIS SAXONUM AC OTTONIS, aliorumque succedentium Imperatorum, liber tertius *B* 2. d) III. *C.* e) discessum *A.* 35 f) filium *om. B* 2. g) ludolfum *A;* liudolfum *B* 1. h) XVI *A. B* 1. *Frut.* i) *sic A. C, i. e.* Gallicam, *ut habent B* 1. 2. *Frut. Saxo.* k) cameracam *Saxo.* l) causae *C.* m) *sic B* 1. 2. *Saxo;* generis *A. C;* amici *Frut.* n) ludewici *A. Frut.;* ludowici *B* 1. *(Sigeb.);* Lothouuici *B* 2; luthuuici *prima manu corr.* luthouici *C;* lodwici *Saxo.* o) *sic h. l. etiam C.* p) regi *B* 1. q) armatorum *B* 2. r) *sic A. C, quod verbum* 40 *Wid. ad* arma *retulisse videtur;* quantam *B* 1. 2. *Frut. Saxo.* s) *sic A. B* 1. 2. *Frut. Saxo;* Additque *C.*

1) Imperator . . . de nece eius iam certus factus *infra p.* 122, *l.* 4.
2) *Rotberti regis; cf. supra I,* 30.

posset una potione telorum Saxonicorum septem obsorbere[a]. Ad quod rex famosum satis reddit[b] responsum: sibi vero fore[c] tantam multitudinem 946.

A. B 1. 2.

pilleorum foeninorum[d, 1], quos ei presentari oporteret, quantam nec ipse nec pater suus umquam[e] viderit[f]. Et revera, cum esset magnus valde exercitus[2], XXX[g] scilicet duarum legionum[3], [fere[h]] non est inventus, qui foenino non uteretur pilleo,

B 1. 2.

nisi[4] Corbeius[i] abbas nomine[k] Bovo cum tribus suis[l] sequacibus. Hic[k] erat vir sapiens ac clarus,

C.

pilleorum ex culmis contextorum[1], quos ei presentari oporteret, quantam nec ipse nec pater suus umquam viderit. Et re vera, cum esset magnus valde exercitus, XXX scilicet duarum legionum, non est inventus, qui huiuscemodi non uteretur tegumento, nisi rarissimus quisque[5]. Certus[6] autem factus de adventu regis Huga[m], timore quoque perterritus, dimisit Luthuvicum[m].

a) absorbere *B* 2. *Saxo.* b) *sic A. B* 2. *C;* reddidit *B* 1. *Frut. Saxo. Cf. supra p.* 88, *n. s.* c) esse *B* 2. d) femineorum *Saxo, et ita post.* e) umquam *om. B* 1. f) uideret *B* 2. *Frut.* g) *sic A. B* 1. *Frut. Saxo;* triginta *B* 2. h) fere *praebet solus A, ubi mox verba* nisi Corbeius abbas — martyris Viti *(p.* 90, *l.* 21*) sublata.* i) *sic h. l. etiam B* 2, *cf. supra p.* 1, *n.* e *et infra p.* 90, *n.* f. k) nomine Bovo *et* Hic erat — martyris Viti *des. Frut., cf. Saxo p.* 606. 607. l) seq. suis *B* 1. m) *sic h. l. C.*

1) *Subicimus hic potissimum Ratherii Veronensis episcopi locum [iam a Beato Rhenano, Rer. Germanicar. l. II, p.* 181, *allatum], unde pileos stramine confectos Saxonibus proprios fuisse constat; exscripsi eum ex codice regio Monacensi saec. X. fol.* 7 *[Invectiva de Translat. S. Metronis; Oper. edd. Ballerini col.* 309 *sq.]:* Sanctus iste nuda seminudus et inequalissima volutabatur diebus ac noctibus per septennium humo. Nos criminosi veniam rogaturi, pilleum villosum capillis, quos extrahere lugendo debueramus, ne infrigidemur, superinducimus, eius cuphia nix grando et aura erat imbrifera. Hiemalis satis rigor incommodus, qui lavaret utique quod commiserat scelus. Pro pilleo, quem moris est incesta etiam generalitati adversa vel eiusdem estimationis innumera plangentes, pelliculis exoticis intus farcire, brumali caput ipsius operiebatur lanugine. Stipularis illa ritus Saxonici camera quam vertici pro vitando solis imponunt ardore, Phoebus illi erat flamivomus ipse. *PERTZ. Cf. Vogel, 'Ratherius' I, p.* 260. *Talibus tegumentis Saxones etiam in picturis Speculi Saxonum quod dicitur insigniti sunt.* 2) 1. *Mach.* 6, 41: erat enim exercitus magnus valde. 3) *Cf. Köpke p.* 104 *sq.; Lauer, 'Le règne de Louis IV.' p.* 145, *n.* 4. 4) *Sequentia verba* nisi Corbeius — martyris Viti *ipsius Widukindi esse de Simson, 'N. Archiv' XV, p.* 572, *stilo comparato evicit.* 5) *Cf. supra p.* 12, *l.* 26 *sq.:* certe rarissimus; *p.* 46, *l.* 6: equitum rarissimus, *et ita saepius.* 6) *Haec ab auctore post inserta esse verba sequentia indicare videntur. Vix enim, cum librum conderet:* dimisit Luthuvicum. Dimissus igitur Hluthowicus *scripsisset.*

946. a Deo nobis ostensus, non[a] concessus[1]. Huius patris avus[b] Bovo[2] Graecas litteras coram Cuonrado[c] rege legendo factus est clarus[3]; et huic eiusdem nominis avus erat, ut natu maior, omni[d] virtute ac sapientia potior. Sed et ipse[e] nepos erat Warini, qui ex milite factus est monachus et primus omnium apud Novam Corbeiam[f] regulariter electus est[g] in patrem. Qui cum esset admirandae sanctitatis, ad augmentum virtutum suarum beataeque memoriae Saxoniae preciosum attulit thesaurum, reliquias videlicet preciosi martyris Viti.

Dimissus igitur Hluthowicus[h, 4] regi occurrit iungiturque cum sociis exercitui[i] illius.

III. Rex autem cum exercitu Lugdunum[k] adiit eamque armis temptavit; inde Parisium[l] perrexit Hugonemque ibi obsedit, memoriam quoque[m] Dyonisii[n] martyris digne honorans veneratus est. Ductus inde exer- *(Sept.)* citus contra urbem Remensem, ubi erat nepos Hugonis[5] contra ius fasque omne[6] subrogatus episcopus legitimo

a) sed non *Falke p.* 307. b) Huius pater *Falke.* c) cōnrado *B* 1; Chuonrado *B* 2. *Falke;* conrado *Saxo.* d) sic omni *Falke.* e) iste *B* 1. *Saxo.* f) Chorbeiam *B* 2. g) est *om. Falke.* h) ludewicus *A. Frut.;* ludowicus *B* 1. *Sigeb.;* Lothouuicus *B* 2; luthuuicus *C;* lodwigus *Saxo.* i) exercitus *C.* k) lucdunum *C et ita deinceps.* l) *sic A. B* 1. 2. *C. Saxo.* m) sancti *add. Saxo et sec. manu C.* n) *sic B* 1. *C;* dionisii *A. Saxo;* Dionysii *B* 2. *Cf. supra p.* 39, *n.* m.

1) *Cf. supra p.* 29, *l.* 9: virum nobis proprie a summa clementia concessum; *p.* 51, *l.* 16 *sq.:* a solo Deo concessum. *Bovo III. nonnisi sex annos monasterio praefuit a.* 942—948. 2) *Bovo II, ut ex Annalibus Corb. patet, abbas a.* 900—916; *Conradus rex vero anno* 913. *(DD. I, p.* 14; *Dümmler, 'Ostfr. Reich' III, p.* 585, *n.* 1*) Corbeiam visitavit; Bovo I. a.* 879—890, *Warinus a.* 826—856. *abbatiam rexit.* 3) factus est clarus *iam supra p.* 66, *l.* 8. *p.* 80, *l.* 5; *cf. infra p.* 123, *l.* 21. 4) *Iam ante Ottonis accessum Ludowicum e custodia dimissum esse apparet ex tabulis. Cf. Dümmler, 'Otto d. Gr.' p.* 150, *n.* 2; *Reg. Imp. II, nr.* 139 *a; Lauer p.* 145, *n.* 2. 5) *Hugo, Heriberti Viromandensis filius, cf. supra I,* 39. 6) *Cf. supra p.* 50, *l.* 9: contra ius fasque omne rex constitutus, *eiusdemque n.* 5.

pontifice[1] adhuc superstite. Armis autem urbem capiens, 946. iniuste constitutum expulit sacerdotem, legitimum ecclesiae sedique propriae restituens[2].

*p. 452. *IIII. Exinde collecta ex omni exercitu electorum 5 militum manu Rothun Danorum[a] urbem adiit[3]; sed difficultate locorum asperiorique hieme ingruente plaga eos quidem magna percussit, incolumi exercitu infecto negotio post tres menses Saxoniam regressus est[4], urbibus Remense[b] atque Lugduno cum caeteris armis captis 10 Hluthowico[c] regi concessis[5].

V. Huga[d] autem expertus potentiam regis virtutemque Saxonum non passus est ultra terminos suos hostiliter intrare, sed pergenti[e] in eandem expeditionem anno sequenti[6] occurrit iuxta fluvium qui[f] dicitur Car[g. 7], 947. (Aug. in.) 15 manus dedit iuxtaque imperium regis pactum iniit, utilisque proinde permansit[8].

VI. Videns autem rex filium suum Liudulfum[h] virum factum dedit ei coniugem divitiis ac nobilitate claram[9], ducis Herimanni[i] filiam nomine Idam. Quam 20 cum accepisset, in brevi post haec socer moritur[10], cum 949. (Dec. 10). ducatu omni ei possessione relicta. Accepta autem potestate animum tranquillum, quem[k] in puero gessit, exuit[11], armatumque militem in Italiam ducens, aliquantis 951. ibi urbibus captis et sub custodia traditis[12], ipse rever-25 titur in Franciam[13].

a) rothundanorum *A. B* 1. *C;* rothun nortmannorum *Saxo.* b) *sic A. B* 2; remense *C;* remensi *B* 1. *Saxo.* c) ludewico *A. Frut.;* ludowico *B* 1. *Sigeb.;* Lothouuico *B* 2; luthuuico *C;* lodwigo *Saxo.* d) *sic C;* hugo *A. B* 1. 2. *Frut. Saxo. Sigeb.* e) ei *add. B* 1; regi pergenti *Frut.* f) quod *Frut.* g) *sic A. B* 1. 2. *Saxo;* char *C, sed* 30 *supra in indice cap.* car; (iuxta fluuium) charum *Sigeb.;* kar *Frut.* h) ludolfum *A;* liudolfum *B* 1. *(Saxo).* i) hermanni *A;* hirimanni *Thietmar.* k) quam impuero *C.*

1) *Artoldo, a.* 932—961. 2) *Huius quoque capituli relationem a vero maxime abhorrere constat: primum rex Remensem urbem cepit, pontificis spontanea deditione, non armis; deinde Parisios profectus est.* 35 3) *De hac Rothomagi urbis Nordmanniae obsidione, a Flodoardo praetermissa, fusius agit Dudo, SS. IV, p.* 100 *sqq.; sed dubiae fidei sunt nonnulla quae narrat. Cf. Reg. Imp. II, nr.* 141 *g.* 4) *Immo civitatem Frankfurt adiit, ubi inde ab m. Nov.* 946. *usque ad m. Ian.* 947. *versatus est; Reg. Imp. II, nr.* 143—146. 5) *Idem affirmat nihil* 40 *verius Cont. Regin. a.* 946. *Cf. Dümmler p.* 153, *n.* 4; *Lauer p.* 155, *n.* 3. 6) intrante mense Augusto *Flod. a.* 947. 7) *Chiers.* 8) *Cf. supra p.* 43, *l.* 16. *p.* 59, *l.* 9. *et n.* 2. *Widukindus successum regis in falsum auget: Reg. Imp. II, nr.* 154 *a; Lauer p.* 161, *n.* 1. 9) cum prediorum latitudine tum pecuniarum inmensitate 45 predivitem *Liudprand. Ant. V,* 1. 10) *De die cf. Dümmler p.* 176, *n.* 1. 11) *Scil. Liudulfus.* 12) *Aliter Cont. Regin. a.* 951. *Cf. Reg. Imp. II, nr.* 196 *a.* 13) *Cf. Dümmler p.* 194; *Reg. Imp. II, nr.* 196 *b.*

VII. Eo tempore usurpato imperio[1] regnavit in Longobardia homo ferus[a] et avarus, et qui omnem iustitiam pecunia venderet, Bernharius[b, 2]. Veritus autem singularis prudentiae[3] reginae virtutem[c] a Hluthowico[d] rege relictae[4], in multis eam afflixit, quo tanti decus[e] splendoris extingueret vel certe obscuraret.

950. VIII. Illo tempore rex proficiscitur in militiam contra Bolizlavum[f] regem[5] Boemiorum[g]; et cum capienda esset urbs quae nuncupabatur Nova[6], in qua clausus obsidebatur Bolizlavi[h] filius, prudenti rex consilio diremit prelium[7], ne miles[i] in rapiendis hostium[k] spoliis aliquod periculum[l] incideret[i]. Considerata itaque virtute regis ac innumera multitudine exercitus, Bolizlav[m] urbe egressus maluit tantae maiestati subici quam ultimam perniciem pati. Sub signisque stans et regem audiens[n] responsaque reddens[8], veniam tandem promeruit. Inde plena victoria gloriosus factus rex Saxoniam regreditur[o].

951. VIIII. Cumque eum virtus prefatae reginae non lateret, simulato itinere Romam proficisci statuit. Cumque in Longobardiam ventum esset, aureis muneribus amorem reginae super se probare temptavit. Quo fideliter experto, in coniugium sibi eam sociavit cumque ea[p] urbem Papiam, quae est sedes regia, obtinuit[9]. Quod cum vidisset filius eius Liudulfus[q], tristis a rege discessit[10], profectusque in Saxoniam aliquamdiu moratus *(Dec.)* est in loco consiliis funesto[11] Salaveldun[r].

a) fortis *B* 2. b) *sic A. C;* brenharius *B* 1, *postea vero* bernharius; Berngarius *semper B* 2; beringerus *Thietmar.;* berengarius *Frut. Saxo.* c) uirtutum *A.* d) ludewico *A;* ludowico *B* 1. *(Sigeb.);* Lothouuico *B* 2; luthuuico *C.* e) ducis splendorem *A.* f) bolizlaum *A. Sigeb. Saxo.* g) *sic A. C. Frut. Saxo;* boemorum *B* 1; Bohemorum *B* 2. h) bolizlai *A. Frut.* i) milites . . . . inciderent *B* 1. k) spoliis hostium in *B* 1, in *post superscr.* l) pericłm *B* 1. m) *sic A. C;* bolizlaf *B* 1; Bolizaf *B* 2; bolizlaus *Sigeb. Frut.;* bolizlauus *Saxo.* n) adiens *C.* o) regressus est *B* 2; est regressus *Frut.* p) eam *C.* q) ludolfus *A;* liudolfus *B* 1; Luidulfus *B* 2; liutolfus *Frut.* r) salaueldon *Frut.*

1) *A.* 950. *Dec.* 15. 2) *I. e. Berengarius II. (*950—963*).* 3) *Cf. supra p.* 37, *l.* 23: singularis prudentiae regina Mahthilda. 4) *Adelheidis, viduae non Ludowici, sed Lotharii regis (in eundem errorem incidit Widukindum secutus Thietmar. II,* 5. *et Vita Mahth. ant. c.* 10*). Lotharius a.* 950. *Nov.* 22. *mortuus erat.* 5) *Immo ducem. Cf. supra p.* 43, *n.* 7. 6) *Est Niuunburg, in cuius suburbio Beheim Otto* 17. *Kal. Aug. donationem pro S. Emmeramno [DD. I, p.* 207*] edidit, urbs vel a.* 1343. *Neumburge appellata, hodie Niemburg vel Nimburg ad confluentem Albis et Marlini ab oriente Pragae. BOEHMER.* 7) *Cf. supra p.* 14, *l.* 24. *et n.* 4. 8) *De hoc loco Waitz, 'VG.' ed.* 2. *V, p.* 102, *n.* 2, *atque infra c.* 31. 9) *Iam ante coniugium factum, m. Sept. et Oct., rex Papiae versatus est; Reg. Imp. II, nr.* 196 c — 201. *Ibidem diem natalem celebravit.* 10) *Cf. Fr. Jung, 'Ruotger und der Aufstand Liudolfs von Schwaben' (Dissert. Rostock.* 1901*) p.* 25. 11) *Cf. supra II,* 15.

X. Rex vero in Italia celebratis[a] iuxta magnificentiam regalem nuptiis[1] proficiscitur inde cum novi matrimonii claritate acturus[b] proximum pascha in Saxonia, laetitiam patriae magnamque gratiam conferens. *952. (Febr.) Apr. 18.*
5 Persuasus quoque rex Bernharius[c] a Cuonrado[d] duce, cui Papia cum presidio militari relicta[e] erat custodienda, regem subsecutus est in Germaniam, pacem cum eo facturus et omnibus quae imperavisset obtemperaturus. Cui regiae urbi[2] appropinquanti occurritur miliario ab
10 urbe a ducibus et prefectis palatinorumque primoribus, et regaliter[f] susceptus, ductus in urbem, iussus est in hospitio sibi parato[g] manere. Neque enim faciem regis intra tres dies videre promeruit. Quod aegre ferens Cuonradus[h], qui eum adduxerat[i], unumque cum eo sen-
15 tiens filius regis Liudulfus[k], suspectum[3] super[l] hac causa Heinricum fratrem regis habentes, quasi antiqua stimulatum invidia, devitaverunt eum. Heinricus autem sciens adolescentem *maternis destitutum[m] suffragiis, **p. 453.* contemptui[4] coepit[n] eum habere, in tantum ut a conviciis
20 ei quoque non parceret. Interea rex regem alloquitur[5], in gratiamque regis ac reginae susceptus deditionis sponsionem dat foederisque[o] spontanei diem locumque[p] apud urbem Augustanam[q] designans.

XI. Ubi cum[r] conventus fieret[6], Bernharius[s] *(Aug. 7).*
25 manus[t] filii sui Adalberhti[u] suis[v] manibus inplicans, licet olim Hugonem fugiens regi subderetur[7], tunc tamen renovata fide coram omni exercitu famulatui regis se cum filio subiugavit; et ita dimissus in[w] Italiam remeavit cum gratia et pace. Ibi mirae magnitudinis
30 lapis grandinis tonitru[x] ac tempestate turbulenta de caelo iactus ingens miraculum multis visentibus[y] prebuit.

a) celebratus *B* 1. b) acturusque *B* 2. c) *sic A. B* 1. *C;* Berngarius *B* 2; Berengarius *Sigeb. Frut. Saxo.* d) conrado *A. B* 1. *C. Saxo;* Chunrado *B* 2, *postea* Chuonrad.; chuonrado *Frut.* e) relicto *B* 1. f) regulariter *Saxo.* g) praeparato *B* 2.
35 h) conradus *A. B* 1. *C. Saxo;* Chuonradus *B* 2. *Frut.* i) adduxerant *B* 1. k) ludolfus *A*; liudolfus *B* 1. *(Saxo);* Luidulfus *B* 2; Liedulfus *Sigeb.;* luitolfus *Frut.* l) super *om. B* 1. m) destinatum *B* 1. n) *sic A. B* 1. *C. Saxo;* eum coepit *B* 2. o) foederis *B* 2. p) locumque *om. B* 2. q) Augustam *B* 2. *Frut. (Saxo).* r) cum *om. B* 1. s) Berngarius *B* 2; berengarius *Frut.* t) filii sui manus *B* 1. u) adalberti *A;* adelberti
40 *B* 1. 2. *Frut.;* adalberthi *C.* v) suis *om. B* 1; manibus suis *Frut.* w) in *om. B* 1. x) tonitruo *B* 1; tonitrui *B* 2. y) videntibus *Sigeb. Saxo.*

1) *De nuptiarum die non constat, certe ante natale Domini paratae sunt; cf. Dümmler p.* 198, *n.* 2. 2) *Magdeburg (Waitz, 'VG.' VI, p.* 307*).* 3) *Cf. supra p.* 77, *l.* 12. *et n.* 2. 4) *Sueton. Aug. c.* 93: ita ceteras
45 contemptui habuit. 5) *Eadem sententia supra p.* 50, *l.* 12 *sq.* 6) *Reg. Imp. II, nr.* 217*a.* 7) *A.* 941? *Cf. Liudprand. V,* 12; *Waitz l. l. p.* 63, *n.* 3; *Reg. Imp. II, nr.* 94*b; Hauck III, p.* 218, *n.* 2.

XII. Nati sunt autem regi filii ex serenissima regina primogenitus Heinricus [1], secundus Brun[a, 2], tertius[b] paterni nominis maiestate designatus[3], quem iam post[c] patrem dominum ac imperatorem universus sperat orbis; filiam[d] quoque sanctae matris eius[e] vocabulo insignitam[4], de qua non presumimus aliquid dicere, cum eius claritas precellat omne quod dicere aut scribere valemus[f].

953. XIII. Enimvero rex cum regiones Francorum urbesque circuiret, audivit, quia ei insidiae pararentur a filio generoque[5]; quapropter summus pontifex revocatus, ubi austeriorem vitam more solito cum heremitis et solitariis[6] ante pascha agebat, suscepit regem Mogontiae, ibi ei aliquamdiu ministrans[g]. (Mart.) Nefanda consilia prodita a filio generoque animadversa[h]; purgandi[i] locum criminis cum consilio pontificis petunt[k] et inpetrant. Qui licet sceleris manifeste arguerentur, paruit tamen rex eorum[l] sententiis in[m] omnibus locorum temporumque angustia.

Apr. 3. XIIII. Et cum apparatus paschalis[n] apud Aquas[7] fieri oporteret, comperit, quia nichil sibi dignum ibi paratum esset[o]; maternis gaudiis et officiis decenter curatur, regemque, quem in Francia[p] pene perdidit, in patria[8] magnifice recepit.

XV.[q] Nam confortatus amicorum gentisque propriae presentia irritum[r] fecit[s] pactum, quod coactus

a) brún *C;* Bruno *B* 2. b) Otto *add. B* 2. c) dominum post patrem *B* 1. d) Filia *A.* e) uocabulo eius *signis superscriptis corr.* eius uocab. *A.* f) ualeamus *B* 2. g) ministrabat *B* 1. h) animaduerso *prima manu corr.* animaduersa *B* 1. — *distinctionem om. A.* i) pugnandi *B* 1. k) petierunt *B* 2. l) eorum *om. B* 1. m) in omnibus *om. C.* n) paschalis *om. B* 1. o) esse (ēē) *A;* esset parat. *B* 1. — Quare cum in Saxoniam perrexisset *add. Reinecc. p.* 27 = *Meib. p.* 25 *(*652*).* p) quem infantia *B* 1. q) *verbo* Edictumque *incipit hoc caput C.* r) initium *C.* s) facit *B* 1.

1) *Quo anno natus et mortuus sit, non liquet; a.* 953. *tamen filii mentio fit (Flod. h. a.). Diem mortis* 7. *Aprilis Necrol. Merseburgense indicavit; 'Neue Mitth.' XI, p.* 232. 2) *Brun parvulus obiit d.* 8. *Sept. a.* 957; *Necrol. Fuld., SS. XIII, p.* 198. 3) *Otto filius natus dicitur a.* 955, *Cont. Regin. A.* 954. *praeferendum esse censuit Dümmler p.* 292, *n.* 2, *cf. Reg. Imp. II, nr.* 239 *b; quod nuper Uhlirz, 'Jahrb. Ottos II.' p.* 1, *n.* 2, *refutavit.* 4) *Mahthildim, quam Ann. Quedl. item a.* 955. *natam esse tradunt.* 5) *Conrado duce Lotharingiae, non Hugone (Magno), quem Thietmar. II,* 6, *SS. r. G. p.* 21, *ineptissime supplevit.* 6) *Cf. infra c.* 27. 7) *Ingelheim memorat Cont. Regin. a.* 953. 8) *Saxonia; cf. Cont. Regin. a.* 953, *qui regem pascha* Drotmanni *celebrasse narrat. Neque tamen reginam Mahthildam huc venisse contenderim, ut Dümmler p.* 216. *vult. WAITZ. Sed cf. Reg. Imp. II, nr.* 227*d.*

inire confessus est. Edictumque est filio generoque 953.
auctores sceleris puniendos tradere aut certe se[a] hostes[b]
publicos[1] nosse. Pactis pristinis pontifex intercessit, tam-
quam paci et concordiae consulturus. Ob id regi fit
5 suspectus, amicis regalibus consiliariisque omnimodis
spernendus. De eo nostrum[c] arbitramur nequaquam
aliquid[d] temere iudicare; sed quod de eo probamus[2],
quia magnus erat oratione[e] die noctuque, magnus ele-
mosinarum[f] largitate, precipuus verbo predicationis, non
10 silere dignum[g] duximus; caeterum de accusatis[h] causis
qui iudicat Dominus est[3].

XVI. Earum rerum dum ibi finis non fieret, uni-
versalis populi conventus esse iubetur apud villam quae
dicitur Fridisleri[i], super his causis discutiendum[k]. Ubi
15 cum frater regis Heinricus adesset, multas ac graves
causas summo pontifici obiciebat; propter eaque[k*] regis
totiusque[l] pene exercitus offensam incurrit, dum eum
penitus culpabilem ex illius[m] dictis censerent[4]. Preterea[n]
rex severiorem[o] animum gerens ex recenti[p] iniuria,
20 eminentissimos viros ac sibi quondam caros et in Bier-
tanico[q] bello fideles fratri[r] traditos exilio dampnavit,
dum accusati rationem redderent nec[s] se purgare suf-
ficerent. Hi erant[t] Thuringi genere, potestatis prefec-
toriae[u], Dadanus[5] et Wilhelmus[v] nomine. Hoc facto
25 multi scelerum conscii satis[w] perterriti. Soluta con-
tione, multitudine dimissa, sese rex in orientales partes
contulit[6].

*p. 454. *XVII. Lotharii autem cum regem duci Cuonrado[x]
sensissent offensum[7], cum iam olim ei infesti essent, eo

30 a) se *om.* *B* 1. *Saxo.* b) publ. hostes *B* 2. c) necessarium *B* 2. d) aliquod *C.*
e) in or. *C.* f) eleemosynarum *B* 2. g) duxim. dignum *signis superscriptis corr.*
dignum dux. *A.* h) actis *B* 1. i) *sic etiam h. l. C, cf. supra p.* 34, *n.* b; fridislar *A;*
fridesleri *B* 1. 2; frideslere *Saxo.* k) discutiendis *B* 2. *Saxo.* k*) ptereaque (= proter-
eaque) *B* 1. l) totius pene *B* 1; et totius pene *Saxo.* m) illis *B* 2. n) Propterea *B* 2.
35 o) saeuiorem *B* 2. p) gerens exercenti *B* 1. q) Britannico *B* 2. r) fratri *om.* *B* 2.
s) et se purgare non suff. *B* 2; ac se expurgare non suff. *Saxo.* — se *om.* *B* 1.
t) Hic erat *C.* u) pretorie *Saxo.* v) *sic A. B* 2; willehelmus *B* 1. *Saxo;* uulelmus *C.*
w) satis *om.* *B* 2. x) conrado *A.* *B* 1. *C.* *Saxo;* Cunrado *B* 2.

1) *Cf. Köpke p.* 143. 144. 2) *Cf. supra p.* 30, *n.* 2. 3) *De hoc*
40 *loco Mittag p.* 13. 4) *Frithuricum tunc officio archicancellarii orbatum
esse apparet ex tabulis.* 5) *Procul dubio idem, quem supra II,* 18.
Dadi *nominavit, comes pagi Hassegau; Wilhelmus pagi Sudthuringogau
aliorumque. Knochenhauer, 'Gesch. Thüringens' p.* 102; *Dümmler p.* 84,
n. 2; *Kurze, 'Gesch. d. sächs. Pfalzgrafsch.', 'N. Mittheil.' XVII,
45 p.* 291 *sqq.* 6) *Wid. omisit alterum conventum, quem rex, priusquam
in Saxoniam rediit, Coloniae egit: Reg. Imp. II, nr.* 231 *b.* 7) *Quin
etiam Conradum a ducatu remotum esse refert Flod. a.* 953; *cf. Reg.
Imp. II, nr.* 231 *a.*

[953.] quod ducatum super eos administraret ipsis invitis, arma contra eum sumunt[a]. Ille vero inperterritus[1], leoninum exerens[b] animum, signa[2] signis contraria invexit et incredibilem multitudinem ex eis propria manu fudit, dum[c] sanguine amici, quem in prelio amisit, Cuonradi[d] scilicet, [5] Evurhardi[e] filii[3], ut fera[f] saevissima acueretur. Itaque illi fortissimo[g] subpeditante fortium militum manu, adverso exercitui dum novus semper additur, a meridie usque in vesperum protrahitur bellum. Nocte prelium dissolvitur, nullus victoria laetatur. [10]

[*c. Iul. 1.*] XVIII. Rex autem circa Kalendas[h] Iulii moto exercitu armis filium generumque quaerere temptavit; obvias urbes partis adversae aut armis cepit[i] aut in deditionem accepit, quousque Mogontiam[k] perveniret, quam filius cum exercitu intravit, patremque, dictu[l] [15] miserabilius! armatus expectavit. Ibi plus quam civile[4] et omni calamitate acerbius bellum coeptum[m]. Multae machinae muris[n] admotae, sed ab urbanis destructae[n] vel incensae. Crebrae ante portas pugnae, raro forinsecus stationes fusae. Cunctando enim res[o] universae [20] variavere, dum dominatorem regni[p] foris, intus successorem metuebant. Obsidio itaque dum sexaginta [*(c. Sept. in.)*] ferme[q] dies[5] excederet, sermo fit de pace; unde datus est obses in urbem consobrinus regis Ecberhtus[r, 6], quo libera via cuilibet pateret in castra crimen purgandi, de [25] pace atque concordia tractandi. Filius cum genero[s] castra ingressi regalibus vestigiis prosternuntur: pro scelere omnia sustinere paratos fore, saltem ut amici

a) sumit *C.* b) *sic A. C. Saxo;* exercens *B* 1. 2. c) dum *in loco raso B* 1. d) conradi *A. B* 1. *C. Saxo;* Cunradi *B* 2. e) euerhardi *A. B* 1. 2. *Saxo;* euuthardi *C.* [30] f) sera *C.* g) fortissimo *corr.* fortissima *B* 1. — suppetente *B* 2. h) kł *A. B* 1; Kal. *Saxo;* Calendas Iulias *B* 2. i) coepit *C;* cępit *B* 1. *Frut.* k) *sic A. C. Frut. Saxo;* moguntiam *B* 1 *(hic et alibi). Sigeb.;* Mogonciam *B* 2. *Thietmar.* l) dicto *C; om. B* 2. m) est *add. B* 1. *Frut.;* est ceptum *Saxo.* n) muris — destructae *om. A.* o) rex *C.* p) regis *corr.* regēs *B* 1. q) *sic A. B* 1. *Frut. Saxo;* dies ferme *B* 2. *C.* [35] r) *sic C prima manu corr. ex* etberhtus; ecbertus *A. B* 2. *Saxo;* ekbertus *B* 1 *semper et Frut.* s) gerone *C.*

1) *Vergil. Aen. X, v.* 770: manet inperterritus ille. 2) *Lucan. I, v.* 6. 7: infestisque obvia signis | signa. 3) *Conradum Eberhardi ducis Francorum filium esse habendum recte negasse videtur Wenck, 'Hess. Landesgesch.' II, p.* 655, *n.* a. *De hoc proelio contra Raginerum comitem ad Mosam commisso cf. Reg. Imp. II, nr.* 231c. 4) *Lucan. I, v.* 1: Bella per Emathios plus quam civilia campos. 5) duos fere menses *Flod. (Iul. — Aug.).* 6) *Ipsum et Wichmannum iuniorem fratres fuisse, filios sororis reginae Mahthildis, Scheidt, Orig. Guelf. IV, p.* 567 *sqq., n.* *, *probavit. Cf. Wilmans, 'KU. Westf.' I, p.* 424; *Dümmler p.* 580; *Westberg in 'Mém. de l'acad. imp. de St. Pétersbourg, Cl. hist.-phil.', ser. VIII, tom. III, nr.* 4 *(*1898*), p.* 118 *sqq.*

auxiliatores in fide suscepti nichil adversi paterentur. 953.
Rex autem non inveniens, quomodo meritas poenas filio
inferret, fautores insidiarum expostulat. Illi autem
iuramentis vicariis obligati et quodammodo arte antiqui
5 hostis constricti hoc omnino negabant. Ingens interea
oritur laetitia [1] in castris, et a castris circumquaque fama
diffusa numquam urbe egressos [a], nisi omnibus essent [b]
a rege imperatis obtemperaturi [b]. Eae [c] spes incassum
conceptae. Nam cum non [d] obedirent edictis regis,
10 motus Heinricus adversus adolescentem: 'Nichil te',
inquit, 'iactitas contra dominum meum regem fecisse,
et ecce omnis exercitus usurpatorem te regni invasoremque
novit. Ipse ergo [e] si accusor reus criminis, si
culpabilis existo, quare non contra me legiones ducis?
15 Signa adversum me move'; et festucam [f] de terra
sumens: 'Huius', inquit, 'pretii a me meaque potestate
rapere non poteris. Quid tibi visum est sollicitare
huiuscemodi rebus patrem tuum? contra summam divinitatem
agis, dum domino [g] patrique tuo repugnas. Si
20 aliquid scis vel vales, in me furorem tuum evome [h],
ipse enim tuam [i] non timeo iram'. Ad haec adolescens
nichil respondit, sed audito rege cum suis urbem ingressus
est.

XVIIII. [k] Consobrinus autem regis Ecberhtus [1] cum
25 obses datus esset in urbem, suasibilibus [m. 2] corruptus
verbis regi fit aversus [n], cum et antea ei iratus esset,
eo quod argueretur incauti [o] certaminis, ubi oculum
perdidisset [3].

XX. Dum haec agerentur, proxima nocte Boioarii [p]
30 comites [q] fratris [r] regis [4] relicto eo [s] iuncti sunt Liudulfo [t].
Qui pergens cum eis cepit urbem regiam quae dicitur
Rainesburg [u] cum caeteris in ea regione munitissimis
omnemque pecuniam [v] ducis suis militibus divisit; con-

a) *sic A. C. Saxo;* egressuros *B* 1. 2. b) a rege esset imp. obtemperatura *B* 1.
35 c) *sic B* 2. *C;* Hee *A;* Hae *B* 1; Ea *Saxo.* d) non *om. B* 2. *Saxo.* e) ego (?) *Saxo.*
f) vestucam *C.* g) domno *B* 1. h) euoue *C.* i) tuam non *in loco raso, ut videtur, A.* k) *sic in codice C re vera et recte numeratur.* l) ecbertus *A. B* 2. *Saxo;*
ekbertus *B* 1. *Frut. (Thietmar.);* ecberthus *C.* m) suasilibus *B* 1. n) aduersus
Frut. Saxo. o) incepti *B* 2. p) *sic B* 1, *altero* o *superscr.;* bawarii *A, sicut*
40 *semper, et Saxo;* Boidarii *B* 2; boiarii *C;* baioarii *Frut.* q) comiti *B* 1. r) fratres *C.*
s) ei *C.* t) ludolfo *A;* liudolfo *B* 1. *Saxo;* Liudulpho *B* 2; luitolfo *Frut.* u) *sic B* 1;
regnesburg *A;* Reinesburg *B* 2. *Thietmar.;* ręinesburg *C, postea saepius* raeinesburg;
reinesburch *Sigeb. Saxo.* v) ducis pec. *B* 1.

1) *Cf. supra p.* 46, *l.* 7. *eadem fere verba.* 2) *Ibid. p.* 77, *l.* 13: suasibilibus
45 sibilibus emolliti verbis. 3) *Inde unoculus saepius a recentioribus nominatur.* 4) *Scil. Heinrici Bawariae ducis.*

953. iugem[1] cum filiis patrui et amicis non solum urbe, sed et regione excedere cogit. Haec omnia a Deo credimus acta, ut qui[a] serenissimum regem plurimis populis ac gentibus preficere voluit, disceret parum in se, in Deo vero omnia posse.

XXI. Erat autem iunior Arnulfus[b] cum fratribus, qui tale consilium machinatus est contra Heinricum, eo quod paterno regno subrogaretur, ipse autem honore patrio privatus esset[2]. Porro exercitus diutino labore fatigatus missionem petit et accipit, rege[c] cum paucis admodum filium in Boioariam[d] subsequente.

*XXII. Ipse namque erat patiens[3] laborum supra quam[e] credi possit de homine ab adolescentia delicate nutrito. Multitudine denique deficiente a fide, rari admodum erant, qui partes regis adiuvarent. Inter quos erat quidam Adalberhtus[f, 4] et alii cum eo admodum pauci.

XXIII. Militante adversus[g] Mogontiam[h] rege Herimannus[i] dux Saxoniam procurabat[5]. Cum novus exercitus a Saxonia ad supplementum veteris mitti debuisset[6], Thiadricus[k, 7] iuniorque Wichmannus[l] ei prefuere. Attingentes terminos Francorum, a Liudulfo[m] duceque Cuonrado[n] subito circumfusi, in desertum quoddam coguntur castellum. Quod cum obpugnare

*p. 455.

a) *sic codices;* is quem *Wid. scribere debuit.* b) Arnulphus *B* 2; arnolf. *Frut. Saxo.* c) regem *C.* d) *sic h. l. B* 1. *C;* bawariam *A. Saxo;* Baioariam *B* 2. e) quam quod *A. B* 2. f) adelbertus *A. B* 1. 2; adalberthus *C;* adalbertus *Saxo.* g) *sic A. B* 1. 2. *C. Saxo.* h) *sic C et Saxo;* maguntiam *A;* moguntiam *B* 1; Moguneiam *B* 2. i) hermannus *A.* k) theodericus *A. Saxo;* thiedericus *B* 1. 2; thiedric. *Thietmar.* l) *sic h. l. solus Saxo;* wigmannus *A. (Thietmar.);* wicmannus *B* 1. 2. *C.* m) ludolfo *A;* liudolfo *B* 1. *Saxo;* Liudulpho *B* 2. n) conrado *A. B* 1. *C. Saxo;* Cunrado *B* 2.

1) *Iuditham.* 2) *Cf. supra II,* 36. 3) *Sallust. Cat. c.* 5: Corpus patiens inediae . . supra quam cuiquam credibile est. *Cf. supra p.* 72, *n.* 5. 4) *Comes Suaviae potens. Cf. Ann. Sangall. mai. a.* 954; *Vita Oudalrici c.* 10. 5) *Cf. supra p.* 57, *n.* 9. 6) *Quae a Widukindo de Thiadrici et Wichmanni expeditione narrantur, iam antea gesta esse oportet; nam Liudulfus tunc Ratisponam, Conradus Mettim se receperat, neque iuncti obviam his copiis ire potuerunt. Exercitum non in Bawariam, sed in Franciam ductum esse Wid. ipse indicat, et fortasse e cap.* 25. *conicere licet iam ante Ecberti defectionem haec acta esse. Hoc loco referuntur, ut Saxoniae motus causae appareant. Cf. Dümmler p.* 223, *n.* 2. 7) *Thiadricus videtur esse is, qui a.* 965. *Geroni in marchia septentrionali regenda successit: de Leutsch, 'Gero' p.* 92, *n.* 149. *Wichmannus filius fuit Wichmanni, cuius supra II,* 4. *et* 11. *mentio facta est; cf. Wedekind, 'Noten' II, p.* 66 *sqq., ac nuper Westberg, 'Mém. de l'acad. de St. Pétersbourg, Cl. hist.-phil.', ser. VIII, tom. III, nr.* 4, *p.* 118.

nituntur, iactu[a] rotae signifer ante portam brachium 953.
perdidit. Quo facto bellum est sedatum, indutiaeque concessae trium dierum in Saxoniam revertendi.

XXIIII.[b] Thiadricus a Liudulfo[c] magnis pro-
5 missionibus est temptatus, Wichmannus[d] autem admodum corruptus[e]. Patruum[1] exin[f] arguere, paternae hereditatis raptorem dicere et suorum thesaurorum predonem vocare coepit. Ipse autem consilii nequaquam ignarus, quanta sapientia quantaque prudentia contra
10 propinquos et hostes manifestos vigilaverit, difficile[g] est omnimodis edicere.

XXV. Iungitur quippe Ecberhtus[h] Wichmanno[i], eademque sententia consurgunt in ducem nullumque ei dant[k] quietis otium[l]. Ille autem nobili patientia iu-
15 venum furorem frangens cavet tumultum aliquem rege absente illis in partibus accrescere.

XXVI. Boioarii[m] repentino regis adventu nec ad pacem vertuntur[n] nec bellum publicum presumunt, sed clausi muris grandem exercitui laborem suaeque regionis
20 solitudinem parant. Unde minus procedente negotio, absque animabus[o] exercitus a nulla re abstinebat, sed omnia vastabat.

XXVII. Summus pontifex interea, ut[p] ipse aiebat timore regis, officio pontificali amisso heremiticam cum
25 solitariis ducebat vitam[2]. Non minima quoque[q] caeteris pontificibus cunctatio erat in Boioaria[r], dum favent partibus, nunc regi assistendo, nunc alienas[s] partes adiuvando, quia[t] nec sine periculo alienabantur a rege nec sine sui[u] detrimento ei adhaerebant.

30 XXVIII. Agens tres integros[v] menses — a Mogontia[w] recedens — rex in illis regionibus, demum circa Kalend. 954.
Ianuar.[x, 3], infecto negotio, amissis duobus principalibus[y] *c. Ian. 1.*

a) ictu *Saxo.* b) *indicem secutus hoc loco caput* XXIIII. *posui, et ita deinceps numeravi; in codice C ordo saepius turbatur.* — Theodericus *A. Saxo;* Thiedericus *B* 1. 2; thiedric.
35 *Thietmar.* c) ludolfo *A;* liudolfo *B* 1. *Saxo;* Liudulpho *B* 2. d) *sic h. l. A et Saxo;* wigmannus *B* 1; wicmannus *B* 2. *C.* e) correptus *sec. manu corr.* corruptus *B* 1. f) exinde *B* 1. g) difficele *C.* h) ecbertus *A. B* 2; ekbertus *B* 1. *Saxo;* ecberthus *C.* i) *sic A et Saxo;* wigmanno *B* 1. 2; wicmanno *C.* k) dedere (dede̅) *B* 1. l) locum *Saxo.* m) bawarii *A. Saxo;* Baioarii *B* 2. n) reuertuntur *C.* o) à manibus *pro* absque
40 animabus *B* 2. p) ut *om. C.* q) quoque *superscr. B* 1. r) inbawaria *A;* in Baioaria *B* 2; in bawariam *Saxo.* s) alienos *C;* alias *B* 2. t) qui (q̧) *C.* u) sui *om. B* 2. v) mens. integr. *B* 2. w) *sic C;* maguntia *A;* moguncia *B* 1, *saepius vero* moguntia; Mogoncia *B* 2. x) ianuarii *Saxo.* y) principibus *corr.* principalibus *A.*

1) *Hermannum ducem.* 2) *Cf. supra c.* 13: 16, *infra p.* 101, *l.* 32.
45 3) *Natalem Domini regem iam in Saxonia degisse Cont. Regin. a.* 954. *refert.*

954. viris ac potestate claris, Immede[1] et Mainwerco[a], quorum uterque ictu sagittarum periit, alter Mogontiae[b], alter in itinere Boioariam[c] pergentibus, revertitur in Saxoniam.

XXVIIII. Causas dicentibus coram rege Herimanno[d] suisque nepotibus, omnes iusti tenaces[2] sententiam[e] ducis laudavere, adolescentes castigandos iudicantes[f]. Rex autem amans parcebat[g] illis, sub custodia militari tantum intra palatium tradens Wichmannum[h].

XXX. Interea audit, quia Avares intrantes Boioariam[c] iungerentur adversariis disponerentque publico bello eum temptare. At ille satis inperterritus[3] tali necessitate numquam se gratia Dei dominum ac regem oblitus est, sed collecta valida manu obviam procedit acerrimis hostibus. Illi autem divertunt[i] ab eo acceptisque ducibus a Liudulfo[k] omnem Franciam pervagati sunt et tantam stragem dederunt primum amicis, ut cuidam Ernusto[l] vocabulo[4], qui erat partis adversae, sui iuris familias supra millesimum numerum captivassent, deinde caeteris omnibus, ut dictu fidem excedat[5].
Mart. 19. Dominica* ante pascha Wormatiae[m] eis est publice ministratum et muneribus auri et argenti plurimum donatum. *p. 456. Inde in[n] Galliam profecti per aliam viam[6] in patriam revertuntur.

XXXI. Boioarii[o] civili exercitu externoque fatigati — nam Ungariis egressis exercitu regali premuntur — coacti sunt de pace tractare. Factumque est, ut pax
Iun. 16. daretur usque in XVI.[p] Kalend. Iulii, et locus esset apud Cinnam[q. 7] rationis dandae et responsionis reddendae[8].

XXXII. Ad condictum locum dum universalis populi conventus fieret, talem rex orationem exorsus

a) *sic B 2. C;* meinwerco *A. B 1. Saxo.* b) *sic C et Saxo;* maguntie *A;* moguntię *B 1;* Mogonciae *B 2.* c) bawariam *A. Saxo;* Baioariam *B 2.* d) hermanno *A, ut semper.* e) ducis sent. *A.* f) iudicandos *B 1.* g) parcens *B 1.* h) *sic A;* wigmannum *B 1. 2. Saxo;* wicmannum *C.* i) *sic B 1. C;* diuerterunt *A. B 2. Saxo.* k) *sic h. l. etiam B 2;* ludolfo *A;* liudolfo *B 1. Saxo.* l) *sic C. (Saxo);* ernesto *A. B 1. 2.* m) *sic A. B 1;* Vormaciae *B 2;* uurmacię *C;* wormacie *Saxo.* n) *sic A. B 1. 2;* in *om. C. Saxo.* o) Bawarii *A. Saxo;* Baioarii *B 2 et Ann. Magdeburgenses, SS. XVI, p.* 145, *cf. praefat.* p) XVII. Cal. Iul. *B 2.* q) *sic A. B 2. C;* cirinam *B 1;* curinam *Ann. Magd.;* einnam *Saxo.*

1) *De quo vide Dümmler p.* 221, *n.* 3. 2) *Cf. Horat. Carm. III,* 3, *v.* 1: Iustum et tenacem propositi virum; *Iuvenal. Sat. VIII, v.* 25: Iustitiaeque tenax. 3) *Cf. supra p.* 96, *l.* 2. *et n.* 1. 4) *Comiti, ut videtur, pagi Sualafeld; Dümmler p.* 232, *n.* 3. 5) *Ovid. Met. VII, v.* 166: Excessitque fidem. 6) *Cont. Regin.:* per Italiam redierunt; *Flod.:* per Italiam revertuntur in sua, *uterque ad a.* 954. 7) *Langenzenn in praefectura Cadolzburg, prope Fürth; cf. Wedekind, 'Noten' I, p.* 27 *sq.* 8) *Cf. supra p.* 92, *l.* 16. *et n.* 8.

est[1]: 'Paterer[a]', inquit, 'si indignatio filii mei caeterorumque insidias tendentium me solum torqueret et non totum Christiani nominis populum perturbaret. Parum esset urbes meas more latronum invasisse regionesque[b] a mea[c] potestate rapuisse, nisi[d] propinquorum meorum ac carissimorum comitum sanguine satiarentur. Ecce sine filiis sedeo orbatus, dum filium gravissimum hostem patior; quem plurimum amavi et a mediocri[2] loco ad summum gradum summumque honorem provexi[3], unicum[e] filium meum habet[f, 4] adversum me[g]. Tolerabile hoc utcumque[h] foret, si non[i] Dei hominumque inimici his causis[k] introducerentur. Modo regnum meum habent desolatum, populum captum vel interfectum, urbes destructas, templa succensa, sacerdotes extinctos; adhuc madent sanguine[5] plateae. Auro meo et argento, quibus filium generumque ditavi, hostes Christi sedes suas remeunt[l] referti[m]. Quid igitur[n] supersit sceleris, quid perfidiae, excogitare nequeam'. His dictis tacuit rex. Heinricus laudans sententiam regis subiunxit, quia hostes secundo victi[o] publico certamine maligne ac pessime conducerentur, quo via eis iterum laedendi aperiretur; omnem calamitatem omnemque laborem consultius[p] velle pati, quam communem hostem umquam in fide[q] susciperet[r]. His dictis Liudulfus[s] procedens ait: 'Conductos adversum me pecunia, fateor, obtinui, ne me michique subiectos laederent. Si in hac parte culpabilis predicor, sciat me omnis populus hoc non[t] voluntarie[u], sed ultima necessitate coactum fecisse'. Postremum pontifex summus rationem redditurus intravit, promittens se quocumque[v] rex[w] imperavisset[x] iudicio significaturum numquam contra regem sensisse vel velle vel fecisse; timore coactum a rege discessisse, offensum sibi eum

954.

a) Pater *A*; pateret *Saxo*. b) regiones *B* 2. c) antea *pro* a mea *A*. d) ni *B* 2. e) unum *corr.* unicum *A*. f) *sic A. C. Saxo;* habeo *B* 1. 2. g) *sic B* 2. *C. Saxo;* auersum a me *A. B* 1. — Tollerabile *B* 1. h) totum *B* 2. i) *sic B* 1. 2. *C. Saxo;* non *post* causis *ponit A*. k) non *h. l. A (n.* i) *et iterum add. B* 1. l) *sic C;* remeant *A. B* 2; remeant *sec. manu corr.* remeunt *B* 1; redeunt *Saxo*. m) referri *B* 1. n) ergo *B* 2. *Saxo*. o) uicto *B* 1. p) consultus *B* 1. q) *sic A. B* 1. *C. Saxo;* fidem *B* 2. r) suscipere *B* 1. s) *sic h. l. etiam B* 2; ludolfus *A;* liudolfus *B* 1. *Saxo. Ann. Magd.* t) non *alia manu, nisi omnia me fallunt, superscr. A.* u) uoluntate *Saxo*. v) quemcumque *B* 1; quecumque *Ann. Magd.* w) rex *om. A.* x) imperasset *B* 1. *Ann. Magd.*

1) *Cf. supra I,* 38. 2) *Cf. supra p.* 82, *l.* 16: mediocris substantiae militem. 3) *Sueton. Caes. c.* 72: quosdam etiam infimi generis ad amplissimos honores provexit. 4) *Scil. Conradus dux. Cf. Reg. Imp. II, nr.* 227*a*; *Jung, 'Ruotger und der Aufstand Liudolfs von Schwaben' p.* 10. 5) *Vergil. Aen. XII, v.* 691: Sanguine terra madet.

954. quia[a] intellexisset[b], innocentem gravissimis accusationibus[c] obrutum; de caetero iuramentorum omnibus argumentis[d] fidem servaturum. Ad haec rex: 'A vobis non exigo iuramentum, nisi pacis et concordiae[e] consilium, in quantum possitis, adiuvetis'. Et hoc dato in fide ac pace eum[f] dimisit. 5

XXXIII. Pontifex cum duce Cuonrado[g], cum adolescentem non possent inclinare, quatinus patri subderetur eiusque sententiam secutus sustineret, discesserunt ab eo, Deo regique sese[h] iungentes. 10

XXXIIII. Proxima nocte Liudulfus[i] cum suis a rege discedens urbem Rainesburg[k] cum exercitu intravit. Rex autem sequens filium, urbem[l] offendens quae dicitur Horsadal[m. 1], obsedit eam.

XXXV. Facta autem pugna durius certamen circa murum nemo umquam viderat[n] mortalium. Multi ibi ex utraque parte caesi, plures sauciati; noctis tenebrae prelium dirimere[o. 2]. Saucius ancipiti bello postera luce ducitur inde[p] exercitus, diutius ibi non morari[q] visum ad graviora tendentibus. 15 20

XXXVI. Trium dierum itiner[r] proinde ad Rainesburg[s]. Castrorum loca occupata munitionibusque circumsepta, obsidio[t] urbis diligenter est incepta[3]. Sed cum multitudo machinas muris[u] adplicari non sineret, satis dure interdum ab utrisque pugnatum[v] pro muris. Diu tracta obsidio[t] cogit clausos[w] belli negotiis aliquid actitare. Arbitrati sunt enim fame peius torqueri, si ad id cogerentur, quam in acie fortiter mori. Iussum itaque[x] occidentali porta erumpere[4] equites quasi inpetum in castra facturos; alios naves *ascendere, et per flumen[y] 25 30

*p. 457.

a) qua *B* 1. b) *distinctionem omittunt A. B* 2. c) accusatoribus *corr.* accusationibus *B* 1. d) iuramentis *B* 2. e) *hic distinguunt A. B* 1. 2. *(Ann. Magd.).* — consilio *B* 1. f) dimisit eum *C.* g) conrado *A. B* 1. *C. Saxo;* Cunrado *B* 2. h) se *B* 2. i) ludolfus *A;* liudolfus *B* 1. *Saxo. Ann. Magd.* k) regensburg *A;* reinesburg *B* 1. *Thietmar.;* Reinespurg *B* 2; ręinesburg *C;* reinesburch *Saxo.* l) urbemque *A. Saxo;* et urbem *Ann. Magd.* m) *sic C;* horsedal *A. B* 1. 2. *Saxo.* n) uidit *A.* o) diremere *A. B* 2. *(Ann. Magd.).* p) exerc. inde *B* 2. *(Ann. Magd.).* q) maiori *C.* r) *sic C;* itinere *B* 1. *(Ann. Magd.);* iter *A. Saxo;* itur *B* 2. s) raeinesburg *h. l. C.* t) obsidia *B* 1. u) urbi *Frut. Saxo.* v) est *add. B* 1. *Frut. Saxo. Ann. Magd.* w) *sic A. C. Saxo;* clausis *B* 1. 2. x) est *add. B* 1; est itaque *Saxo.* y) fluuium *B* 2. 35 40

1) castellum quod Rossadal nominatur *Ann. Hildesh. a.* 953. *Est Rossstall in praefectura Cadolzburg, a civitate Nürnberg inter meridiem et occidentem paulo distans; Wedekind, 'Noten' I, p.* 28. 2) *Cf. supra p.* 14, *l.* 24 *sq.:* iam tardior hora prelium diremit. Eo die ex Thuringis multi interfecti, multi sauciati. *Ad hoc ibid. n.* 4. 3) *De hac obsidione, quae circa Iunium exeuntem videtur esse incepta, noster solus fusius egit.* 4) *Sallust. Iug. c.* 99: atque portis erumpere iubet. *Cf. supra p.* 67, *l.* 8. *et n.* 3. 45

urbi[a] contiguum, dum equestri prelio pugnaretur, castra armatis deserta invaderent. Urbani signo nolae congregati condicta peragere; quod in castris usu non ignotum; quapropter et ipsi non segniter preparantur. Moram facientibus in erumpendo equitibus, classis[b] ab urbe longius elabitur[c]. Exilientesque de navibus irruunt in castra, offendentesque[d] armatos, dum trepidi fugae consulunt, circumfusi undique caeduntur. Alii naves ingredi nisi[e], timore perculsi deviantes, flumine absorbentur; alii naves plus[f] aequo ingressi dimerguntur; factumque est, ut vix pauci[g] de pluribus superessent. Equites vero ab equitibus fatigati devictique, plures saucii, in urbem[h] coguntur. Miles regius victor in castra reversus, unum solummodo letali vulnere[1] percussum pro portis secum revehunt. Pecus omne urbis loco herboso delatum, qui erat inter Rain[i, 2] et Donou[k] fluvios, sed a fratre regis Heinrico captum et inter socios divisum est. Urbani crebris preliis triti[l] fame quoque periclitari coeperunt.

954.

XXXVII. Unde egressus[m] urbe Liudulfus[n] cum principalibus viris pacem postulat, sed non inpetrat, quia patri obedientiam negat. Ingressus vero urbem, portam orientalem obsidentem armis temptat Geronem, tot victoriis quot preliis clarum. A tertia hora usque in nonam acriter pugnatum[o]; ante portam urbis equo cadente ascensor Arnulfus[p, 3] armis exutus[4] ilicoque telis[q] perfossus[5] occubuit. Post biduum a muliere famem urbis fugiente mors illius notificatur, dum antea incertum esset. Cuius morte urbani satis confusi iam de pace tractabant.

XXXVIII. Interventu proinde principum iterum Liudulfus[n] cum sociis urbe egressus, dum mense integro[r] et dimidio obsideretur, pacem obtinuit usque ad con-

a) urbem contiguam *B* 1. b) clausis *B* 2. c) elabuntur *B* 2. d) offendentes *B* 1; ubi arm. offendentes *Ann. Magd.* e) non *B* 2. f) plures *Saxo.* g) pauci *in loco raso A.* h) urbe *C.* i) *sic A. Saxo;* rein *B* 2; raim *C;* in terra *pro* inter Rain *B* 1. k) *sic A. B* 1; donov *alia manu corr.* danubium *C;* Danubium *B* 2; donau *Saxo.* — fluuius *B* 1. l) attriti *Frut.;* territi *Saxo.* m) est *add. C.* n) ludolfus *A;* liudolfus *B* 1. *Saxo. Ann. Magd.;* luitolfus *Frut.* o) est *add. B* 2. — *Post* pugnatum *distinguunt B* 1. *C. (Ann. Magd.), post* ante portam urbis *B* 2. *Frut. Saxo; ulla distinctione caret A, ut saepius.* p) arnolfus *Frut. Saxo. Ann. Magd.* q) telo *sec. manu corr.* telis *B* 1. r) integra *C.*

1) *Vergil. Aen. IX, v.* 580: letali volnere rupit. 2) *Hodie Regen.* 3) *Iunior. Cf. huius libri c.* 21. 4) *Vergil. Aen. XI, v.* 395: exutos Arcadas armis. 5) *Cf. supra p.* 75, *l.* 22 *sq.:* perfossus tandem telis corruit.

954. dictum diem, dum de his causis diiudicaretur, locusque concilii[a] apud Fridisleri[b] notabatur. Rex inde in[c] patriam reversus.

XXXVIIII. Heinricus vero Novam urbem[1] obtinuit; Rainesburg[d] pene omnis proxima nocte arsa[e, 2]. 5

XL. Exercitandi gratia venationem agens rex in loco qui dicitur Suveldun[f, 3], filius[g] patri[h] nudatis plantis prosternitur, intima tactus poenitentia, oratione flebili patris[i] primum, deinde omnium presentium lacrimas extorquet. Amore itaque paterno susceptus in 10 gratiam spondet se obtemperaturum consensurumque[k] omni paternae voluntati.

XLI. Interea summus pontifex aegrotasse nuntiatur ac desperari. Quapropter regis placitum modice est dila-(Oct. 25). tum[l]. Finem summi pontificis[4] qui interfuere satis lau- 15 dabilem predicant. Defuncto pontifice universalis con-(Dec. 17). ventus[m] populi celebratus[5]; Mogontia[n] post annum et dimidium regi tradita cum omni Francia; filius ac gener in gratiam suscepti, qua et in finem usi sunt fideliter.

XLII. Eo anno Sclavi[o] qui dicuntur Uchri[p] a 20 Gerone cum magna gloria[q] devicti, cum ei presidio esset dux Cuonradus[r] a rege missus. Preda inde ingens ducta; Saxoniae laetitia magna exorta[6].

955. XLIII. Proximum agens rex pascha[s] cum fratre[t],
Apr. 15. ducit post haec exercitum contra Rainesburg[d], iterum 25 armis machinisque urbem torquens[u]. Dum presidio Saxo-

a) consilii *B* 2; *om. A.* b) fridislar *A*; fridesleri *B* 1. 2. *C*; friteslari *Frut.*; frideslare *Saxo et Ann. Magd.* c) *sic A. B* 1. *Frut.*; in *om. C*; inde *om. Saxo*; Rex redit inde in patriam *B* 2; Rege igitur in patriam redeunte *Ann. Magd.* d) reinesburg *h. l. A*; Reinespurg *B* 2; raeinesburg *C*; reinesburch(buch) *Saxo.* e) *sic B* 2; est arsa *A*; 30 concremata *B* 1. *C*; concremata est *Ann. Magd.*; exusta est *Frut.*; incensa est *Saxo.* f) *sic A. B* 2. *C. Saxo. Ann. Magd.*; seueldun *corr.* suueldun *B* 1; sweldon (?) *Frut.* g) si filius *A.* h) patris *A.* i) patri *B* 2. k) consensuruntque *C.* l) dilatatum *B* 2. m) est *add. A et post* celebratus *Saxo.* n) maguncia *A*; moguntia *B* 1; Mogoncia *B* 2. o) flaui *A, hic et deinceps*; slaui *C. Saxo.* p) uehri *A*; ũchri 35 *corr.* uchri *B* 1; uehrei *Saxo, sicut alibi.* q) gloria *om. B* 1. r) conradus *A. B* 1. *C. Saxo*; Cunradus *B* 2. s) in pascha *C*; pascha rex *B* 2. t) *hic distinguunt B* 2. *C. Saxo*; ducit. Post *B* 1; *distinctione caret A. Cf. infra p.* 110, *l.* 10: Aliquantis diebus cum eo degens, petit post haec *etc.* u) ns *in loco raso A.*

1) *Recentiorem urbis Regensburg partem, in sinistra Danubii ripa* 40 *positam, Wid. ita appellasse videtur. Cf. Dümmler p.* 239, *n.* 2; *Riezler, 'Gesch. Baierns' I, p.* 348, *n.* 1. 2) *Quo die hoc incendium evenerit, non satis constat; Reg. Imp. II, nr.* 238 c. 3) *Fortasse Saufeld, hodie Thangelstedt, ad Ilmam in terra Wimariensi situm; 'Neue Mitth.' IV,* 2, *p.* 172 *sq.* 4) *Cf. Ann. Corb. a.* 954: Frithuricus 45 archiepiscopus obiit. *De die Dümmler p.* 240, *n.* 5. 5) *Die* 17. *Dec. in loco Arnstadt e meridie civitatis Erfurt; cf. Ann. Augienses h. a.; Reg. Imp. II, nr.* 239 *b.* 6) *Hanc victoriam iam ante conventum Arnstatensem reportatam esse recte monuit Dümmler p.* 241.

num destituitur ac fame vexatur, portis urbani egressi 955.
cum urbe tradiderunt semet ipsos regi. Qui principes
exilio dampnans, reliquae multitudini parcit, victoriaque
gloriosus remeavit in patriam, omni regione Boioarica[a]
5 fratri restituta.

XLIIII. Ingressusque Saxoniam circa Kalend. Iulii *c. Iul. 1.*
obvios habet legatos Ungariorum, tamquam ob antiquam
fidem ac gratiam eum visitantes; re autem vera, ut qui-
*p. 458. busdam *videbatur, eventum belli[b] civilis considerantes.
10 Quos cum secum[c] aliquantis[d] diebus retinuisset et ali-
quibus munusculis donatos remisisset in pace, audivit a
nuntiis fratris, ducis scilicet Boioariorum[e], quia[f] 'Ecce
Ungarii diffusi invadunt terminos tuos statuuntque tecum
inire certamen'. His auditis rex, quasi nichil[g] laboris
15 preterito bello toleravisset, coepit ire contra hostes,
sumptis[h] secum paucis admodum ex Saxonibus, eo[i] quod
iam[k] bellum Sclavanicum[l] urgeret. Castris positis in
confiniis Augustanae[m] urbis[1], occurrit ei exercitus Fran-
corum Boioariorumque[n]. Cum valido quoque equitatu
20 venit in castra Cuonradus[o] dux; cuius adventu erecti[p]
milites iam optabant non differre[q] certamen. Nam erat
natura audacis animi et, quod rarum est audacibus,
bonus[r] consilii[2] et, dum eques et dum pedes iret in
hostem, bellator intolerabilis, domi militiaque[s] sociis
25 carus[3]. Igitur ab utriusque exercitus latrocinantibus
agminibus notificabatur non longe exercitus ab altero
fore. Ieiunio in castris predicato[t], iussum est omnes *(Aug. 9).*
in crastino[u] paratos esse ad[v] bellum. Primo diluculo *(Aug. 10).*

a) bawarica *A. B* 1. *Saxo;* Baioarica *B* 2. b) ciuilis belli *B* 1. c) secum *om. B* 1.
30 d) aliquot *B* 2. e) bawariorum *A. B* 1; Baioariorum *B* 2. *Frut.* f) et *add. C.* g) quasi
laboris oblitus, quem praeterito *etc. B* 2. h) sumptisque *A.* i) et (7) *A.* k) bellum
iam *B* 1; bell. sclav. iam *Ann. Magd.* l) *sic B* 1; slauanicum *A. C;* Sclauonicum *B* 2.
Frut. Ann. Magd.; slauonicum *Saxo.* m) augustae *Frut.* n) bawariorumque *A. B* 1;
Baioariorumque *B* 2; et baioariorum *Frut.;* et bawarorum *Saxo;* et bawariorum *Ann.*
35 *Magd.* o) conradus *A. B* 1. *C. Saxo. Ann. Magd.;* Cunradus *B* 2; chuonradus *Frut.*
p) mil. erecti *B* 1. *Frut.* q) *sic A. B* 2. *C. Ann. Magd.;* differri *B* 1. *Frut. Saxo.*
r) *sic A. C;* boni consilii *B* 1; bono consilio *B* 2; bonus consilio *Frut. Saxo. Ann. Magd.*
s) *sic etiam Saxo et Ann. Magd.;* ac militia *Frut.;* militiaeque *B* 2 *saepius.* t) in-
dicto *B* 2. u) in crastinum *B* 2. *Saxo.* v) in bello *B* 1.

40 1) *De hac pugna vulgo ac recte, ut censeo, in Lechfeld collocata vide
quae disputaverunt Wyneken, 'Forsch. z. D. G.' XXI, p.* 239 *sqq.;
Köstler, 'Die Ungarnschlacht auf dem Lechfelde' (*1884*); Bruckner,
'Studien z. G. d. sächs. Kaiser' (Dissert. Basil.* 1889*) p.* 17 *sqq.; inprimis
autem Dümmler p.* 254 *sqq.; Grandaur, 'Geschichtschr. d. deutschen Vorz.'*
45 *ed.* 2. *XXXI,* 2, *p.* 96 *sqq.; ab Ottenthal, Reg. Imp. II, nr.* 240 *e—i.
Widukindum et Ruotgerum (c.* 35*) easdem relationes de proelio scriptas
legisse supposuit Dierauer, 'Ruotg. u. der Aufstand von* 953*' p.* 38*; quod
Jung l. l. p.* 8. *sane iure refutavit.* 2) *Sallust. Iug. c.* 7: bonus con-
silio. 3) *Eadem fere laus Conradi iam supra p.* 80, *l.* 1. 2. *prolata est.*

955. surgentes, pace data et accepta operaque sua primum duci, deinde unusquisque alteri cum sacramento promissa[a. 1], erectis signis procedunt castris[b. 2], numero quasi octo legionum[3]. Ducitur exercitus per aspera et difficilia loca, ne daretur hostibus copia turbandi sagittis agmina, quibus utuntur acerrime, arbustis ea protegentibus. Primam et secundam tertiamque legionem direxerunt Boioarii[c], quibus prefuerunt prefecti ducis Heinrici. Nam ipse[d] bello interim aberat, eo quod valitudine corporis laborasset, qua et mortuus est[4]. Quartam[e] ordinavere Franci, quorum rector ac[f] procurator [erat[g]] dux Cuonradus[h]. In quinta, quae erat maxima, quae et dicebatur regia, ipse princeps vallatus lectis[i] ex omnibus[k] militum milibus[l] alacrique iuventute, coramque[m] eo angelus[5], penes quem victoria, denso agmine circumseptus. Sextam et septimam construxerunt Suavi[n], quibus prefuit Burchardus[o], cui nupserat filia fratris regis[6]. In octava erant Boemi[p], electi milites mille, armis potius instructi quam fortuna; in qua et sarcinae omnes ac inpedimenta quaeque, quasi ipsa esset tutissima, quae esset[q] novissima. Sed aliter res acta est ac[r] arbitrabatur[7]. Nam Ungarii nichil cunctantes Lech fluvium transierunt[8], circumeuntesque[s] exercitum extremam legionem sagittis lascessere[t] coeperunt; et inpetu cum ingenti vociferatione facto[u], aliis caesis vel[v] captis, sarcinis omnibus potiti, caeteros legionis illius armatos fugere compulerunt. Similiter septimam ac sextam aggressi, plurimis ex eis fusis, in fugam verterunt. Rex

a) promisso *B* 1. b) e castris *B* 2. *Frut.*; de castris *Ann. Magd.* c) bawarii *A. B* 1. *Saxo. Ann. Magd.*; Baioarii *B* 2. *Frut.* d) ipso *B* 2; et ipse *Frut.* e) uero *add. B* 2. f) procur. et rector *B* 2; ac proc. *om. Ann. Magd.* g) *sic B* 2. *Frut. Saxo. Ann. Magd.*; erat *om. A. B* 1. *C.* h) conradus *A. B* 1. *C. Saxo. Ann. Magd.*; Cunradus *B* 2; chuonradus *Frut.* i) electis *B* 1. *Saxo. Ann. Magd.* k) multis *B* 2. l) militibus *B* 1. m) coram (que *om.*) *B* 1. n) *sic B* 1. *C*; sueui *A. B* 2. *Frut. Saxo. Ann. Magd.* o) *sic A. B* 1. *Frut. Saxo. Ann. Magd.*; Burcardus *B* 2; burgardus *C.* p) Bohemi *B* 2; boemii *Frut. Saxo.* q) *sic etiam Ann. Magd.*; et *Frut. Saxo.* r) quam *A. Saxo. Ann. Magd.* s) *sic A. B* 2. *C. (Thietmar. Ann. Magd.)*; circueuntesque *B* 1. *Saxo. (Frut.).* t) *sic C*; lascescere *h. l. B* 1 *(priore s superscr.)*; lacessere *A. B* 2. *Frut.*; lacescere *Saxo. Ann. Magd.* u) facta *A. C.* v) aliis *B* 2. *Frut.*

1) *Idem in proelio a.* 929. *cum Redariis commisso factum esse auctor supra p.* 45, *l.* 8 *sqq. tradit. Cf. ibid. n.* 3. 2) *Cf. supra p.* 69, *l.* 18. *et n.* 7. 3) *Cf. de hoc numero Köpke p.* 105; *Dümmler p.* 256, *n.* 1; *Bruckner l. l. p.* 19, *n.* 1. 4) *Obiit die* 1. *Novembris. Cf.* 4. *Reg.* 13, 14: infirmitate, qua et mortuus est. 5) *Cf. K. E. H. Krause, 'N. Archiv' XVI, p.* 611; *supra p.* 49, *l.* 14 *sqq.* 6) *Burchardus II, consanguineus, ut videtur, ducis Burchardi I. a.* 926. *occisi, Liudulfo remoto a.* 954. *Suaviam receperat; postea Hadwigam Heinrici filiam duxit. Cf. Dümmler p.* 242. 7) *Sallust. Iug. c.* 7: Sed ea res longe aliter ac ratus erat evenit. Nam Iugurtha *etc.* 8) *De hoc loco Grandaur l. l. p.* 99.

autem cum intellexisset bellum ex adverso esse[a] et[b] post tergum novissima agmina[c] periclitari, misso duce cum quarta legione captivos eripuit, predam excussit latrocinantiaque[d] hostium agmina proturbavit[e]. Fusis latrocinantibus undique adversariorum agminibus, signis victricibus dux Cuonradus[f] ad regem revertitur. Mirumque[g] in modum[h], cunctantibus veteranis militibus gloria victoriae assuetis, cum novo milite et fere bellandi ignaro[i] triumphum peregit. 955.

XLV.[k] Dum[1] ea geruntur in Boioaria[l], varie pugnatum est a preside Thiadrico[m. 2] adversus barbaros. Cum capere nisus[n] esset quandam urbem illorum, usque ad[o] introitum portae persecutus est adversarios, cogens illos intra murum, oppido[3] potito[p] et incenso et omnibus quae[q] foras murum erant captis vel interfectis; cum iam incendio extincto reverteretur, et paludem, quae erat urbi[r] adiacens, medietas militum transisset, Sclavi[s] videntes nostros in arto sitos ob difficultatem loci nec copiam habere[t] pugnandi nec locum adeo fugiendi, insequebantur a tergo revertentes clamore magno[u]; peremerunt ex eis ad[v] quinquaginta[w] viros, foeda[x] fuga nostrorum facta.

*p. 459. *XLVI. Ingens interea pavor omnem Saxoniam trepidam pro rege et exercitu[y] eius pro hac re adversa[z] invasit. Terrebant nos preterea portenta inusitata. Templa denique plerisque in locis tempestate valida concussa visentibus et audientibus horrorem nimium incussere utriusque sexus[a]; sacerdotes ictu fulminis interierunt, et alia multa illo tempore contigerunt dictu horrenda[4] et propterea nobis pretereunda.

a) esse *om. A. Saxo;* pretendi *Frut.* b) sed *Frut.* c) agmina *om. A.* d) latrocinantium *B* 1. e) *sic A. C;* perturbauit *B* 1. 2. *Frut. Saxo.* f) conradus *A. B* 1. *C. Saxo. Ann. Magd.;* Cunradus *B* 2; chuonrad. *Frut.* g) Mirum (que *om.*) *B* 1. h) immodum *C.* i) ignara *C.* k) *inde ab hoc capite codicis numeri cum indice iterum conveniunt.* l) bawaria *A. B* 1; Baioaria *B* 2. m) theoderico *A;* Thiederico *B* 1. 2; thiaderico *Saxo.* n) uisus *B* 2. o) *sic A. B* 1. *C. Saxo;* ad *om. B* 2. p) potiti *Saxo.* q) p̄ *C.* r) urbi *om. B* 2. s) flaui *A;* slaui *C. Saxo.* t) haberet *A.* u) *distinctionem om. A.* — et peremerunt *B* 1; peremeruntque *Saxo.* v) ad *om. A.* w) L *A. B* 1. *Saxo.* x) foeda *om. B* 1. y) exercitui *A.* z) aduersam *B* 2; aduerso *C;* inuasit aduersa *A.* a) *hic interpungit secundum sensum recte A, reliqui omnes iam post* incussere. *Cf. Sigeb.:* Utriusque ordinis sacerdotes; *Saxo:* et sacerdotes utriusque sexus.

1) *His parum apte pugnae narrationem interrumpi negari nequit; ideoque ea ab auctore post inserta esse Köpke p.* 12 *sq. aliique statuerunt; quod Raase p.* 33 *sq. nimis audacter impugnavit.* 2) *Cf. huius libri c.* 23; preses *a Widukindo idem qui* marchio *dici videtur, II,* 30. *III,* 54. 67. *de Gerone, III,* 51. *de Heinrico; II,* 33. *Oddo Lothariorum dux hoc nomine ornatur. Cf. Waitz, 'VG.' VII, p.* 3, *n.* 2. 3) *Redde 'Vorstadt', non 'Flecken', sicut Wattenbach. Cf. Hegel, 'Entst. des Deutschen Städtew.' p.* 29. 4) *Vergil. Aen. IV, v.* 454: Horrendum dictu.

955. (Aug. 10). Totum[a.1] pondus prelii ex adverso iam adesse[b] conspiciens rex exhortandi[c] gratia allocutus est socios[d] hoc modo: 'Opus esse[e.2] nobis bonorum[f] animorum in hac tanta necessitate, milites mei, vos ipsi videtis, qui hostem non longe, sed coram positum toleratis. Hac- 5 tenus enim inpigris[g] manibus vestris ac armis semper invictis gloriose usus extra solum et imperium meum ubique[h] vici, et nunc in terra mea et regno meo terga vertam? Superamur, scio, multitudine, sed non virtute, sed non armis. Maxima enim ex parte nudos illos armis 10 omnibus penitus cognovimus et, quod maximi est nobis solatii, auxilio Dei. Illis est sola pro[i] muro audatia[3], nobis spes et protectio divina. Pudeat iam nunc dominos pene totius Europae inimicis manus dare[4]. Melius[k] bello, si finis adiacet, milites mei, gloriose moriamur, 15 quam subiecti hostibus vitam serviliter ducamus aut certe more[l] malarum bestiarum strangulo deficiamus. Plura loquerer, milites mei, si nossem verbis virtutem vel audatiam animis vestris augeri[5]. Modo melius gladiis quam linguis colloquium incipiamus'. Et his dictis, 20 arrepto clipeo[m] ac sacra lancea, ipse primus equum in hostes vertit, fortissimi militis ac optimi imperatoris officium[6] gerens. Hostium audaciores[n] primum resistere[o], deinde, ut socios viderunt terga vertere, obstupefacti nostrisque intermixti[7] extinguuntur. Caeterorum 25 vero alii equis fatigatis villas proximas intrant, circumfusique armatis cum moeniis[p.8] pariter concremantur; alii flumen[q] contiguum transnatantes, dum ripa ulterior[r]

a) *in codicibus hic neque novus versus neque littera initialis ornata.* b) esse *B* 1; iam ex aduerso esse *Frut.* c) hortandi *C.* d) socios *om. C;* socios suos *B* 2; suos(que) 30 — socios *om. — Frut. et Ann. Magd.* e) esset *B* 1. f) bonis operibus in hac *B* 2. g) *seq.* a *eras. B* 1. h) uici ubique *B* 1. i) audacia p. muro *A.* k) est *add. C.* l) morte *B* 1. m) gladio et clypeo *B* 2. n) auditores *A.* o) *sic B* 1. *C. Saxo;* restitere *A. B* 2; restiterunt *Frut.;* resistentes *Ann. Magd.* p) menibus *B* 1. *Frut.* — quoque *C.* q) fluuium *Saxo.* r) *sic B* 1. 2. *Frut. Saxo;* altior *A. Ann. Magd.;* alterior *C.* 35

1) *Pergit in describenda pugna die* 10. *Augusti commissa; cf. supra p.* 107, *n.* 1. 2) *Hac oratione Widukindum imitari eam, quam Catilina c.* 58. *habet, exposuit Köpke p.* 49 *sq. Regem potius principum suorum consolationibus sustentatum esse Gerhardus in Vita Oudalrici c.* 12. *narrat.* 3) *Sallust. Cat. c.* 58, 17: semper in proelio . . . 40 audacia pro muro habetur. 4) *Cf. supra p.* 10, *l.* 19. *et n.* 2. 5) *Sallust. Iug. c.* 85, 50: Plura dicerem, Quirites, si timidis virtutem verba adderent; *Cat. c.* 58: Conpertum ego habeo, milites, verba virtutem non addere, neque ex ignavo strenuum . . . oratione imperatoris fieri. 6) *Sallust. Cat. c.* 60: strenui militis et boni imperatoris officia 45 simul exequebatur. 7) *Liv. Ann. X,* 20: intermixti hostibus. 8) *Cf. Wattenbach, 'DGQ.' ed.* 6. *II, p.* 511.

ascendentes non sustinet, flumine obvolvuntur et pereunt. 955.
Eo die castra invasa captivique omnes erepti, secundo
die ac tertio a vicinis urbibus reliqua multitudo in
tantum consumpta est, ut nullus aut rarus evaderet[a];
5 sed non adeo[b] incruenta victoria[1] fuit de tam saeva
gente.

XLVII. Cuonradus[c] quippe dux[d] fortiter pugnans,
animi fervore solisque ardore, qui eo die nimius erat,
accensus aestuat, vinclisque [loricae[e]] solutis[f] dum
10 auram captat[2], vulnere sagittae adverso[g] gutturis defixae
cadit. Cuius corpus iuxta regis imperium honorifice
collectum transportatur Wormatiam[h] ibique sepelitur,
vir omni virtute animi[3] et corporis magnus atque
famosus, cum fletu et planctu omnium Francorum[4].

15 XLVIII. Tres duces gentis Ungariae[i] capti ducique Heinrico presentati mala[k] morte, ut digni erant,
multati[k] sunt[l], suspendio namque crepuerunt[5].

XLVIIII. Triumpho celebri rex factus[m] gloriosus
ab exercitu pater patriae imperatorque appellatus est[6];
20 decretis proinde honoribus et dignis laudibus summae
divinitati per singulas ecclesias, et hoc idem sanctae
matri eius per nuntios demandans[n], cum tripudio ac
summa laetitia Saxoniam victor reversus a populo suo[o]
libentissime suscipitur. Neque enim tanta victoria quis-
25 quam regum intra ducentos[p] annos[7] ante eum laetatus
est. [Nam[q] ipsi bello Ungarico aberant[8], Sclavanico[r.9]
certamini reservati].

a) *sic et Frut. et Saxo et Sigeb.*; discederet *A.* b) adeo *om. C.* c) Conradus *A. B* 1. *C. Sigeb. Saxo. Ann. Magd.*; Cunradus *B* 2; Chuonradus *Frut.* d) redux *corr.*
30 dux *B* 1; dux quippe *C.* e) *sic A. Frut. Ann. Magd.*; lor. *om. B* 1. 2. *C. Saxo.* f) solutus *B* 1. g) in aduerso *Frut.* — gutture *Saxo.* h) Vormaciam *B* 2; uurmatiam *C*; wormaciam *Frut. Saxo.* i) ungaricae *Frut.* k) mala — multati *om. C.* l) sunt *om. B* 2. m) glor. factus *C. Saxo.* n) ut *add. C.* o) suo *om. B* 2. p) CC *B* 2. q) Nam ipsi — reservati *om. C (cf. Frut. Sax.), quae glossatori cuidam tri-*
35 *buere voluit Waitz, sed Widukindo ipsi adiudicavit de Simson, 'N. Archiv' XV, p.* 566, *n.* 1. r) slauanico *A*; Sclauonico *B* 2.

1) *Sallust. Cat. c.* 61: neque tamen exercitus . . laetam aut incruentam victoriam adeptus erat. *Cf. supra p.* 17, *l.* 12. 2) *Vergil. Georg. I, v.* 376: captavit naribus auras. 3) *Sallust. Cat. c.* 53: virtutem
40 animi ad caelum ferunt . . . clarus atque magnus habetur. 4) *Cf. Ann. Corb. a.* 955: Conradus comes occisus; et Ungariorum et Sclavorum exercitus a rege Oddone deletus. 5) *Cf. Dümmler p.* 261 *sq.* 6) *Eundem honorem Heinrico I, postquam Ungarios ad Riade vicit, tributum esse auctor supra p.* 50, *l.* 2 *sq. nobis per-*
45 *suadere volebat. Cf. Köpke p.* 164—166. 7) *De Karoli Martelli victoria, quam a.* 732. *a Sarracenis adeptus est, cogitasse videtur.* 8) *Similiter supra p.* 106, *l.* 9: Nam ipse bello interim aberat. 9) *Ibid. p.* 105, *l.* 17: quod iam bellum Sclavanicum urgeret.

954? L. Igitur, ut supra[1] retulimus, cum deficeret in ratione reddenda contra suum patruum Wichmannus[a], intra palatium custoditur. Cum vero[b] rex in Boioariam[c] proficisci vellet[2], simulata infirmitate ipse iter negavit; unde monitus ab imperatore, quia destitutus a patre 5 et matre loco filiorum eum assumpserit liberaliterque educaverit, honore paterno promoverit, rogatque[d], ne ei molestiam inferret, cum alia plura[e] gravaretur. Ad haec nichil utile audiens imperator discessit, commendato eo Iboni[f] comiti[3]. Aliquantis diebus cum eo degens, petit[g] 10 post haec venandi gratia silvam ire[h] liceret. *Ibi[i] abs- *p. 460. conditos socios secum sumens perrexit in patriam, et occupatis[k] aliquibus urbibus, iuncto sibi Ecberhto[l] arma sumit contra imperatorem. Industria autem ducis Herimanni facile eos obpressit trans Albiamque[m] coegit. 15 Illi cum se[n] sensissent duci resistere non posse, sociaverunt sibi duos subregulos barbarorum, Saxonibus iam olim infestos, Naconem et fratrem eius[4].

955. LI. Ductus exercitus a duce, reperti sunt in urbe quae[o] dicitur Suithleiscranne[p. 5]. Et pene erat, ut cum[q] 20 urbe caperentur, nisi[r] clamore cuiusdam citarentur[s] et ad arma prosilirent; caesis tamen ante portam urbis ad[t] quadraginta armatis caesorumque[u] spoliis potitus dux Herimannus discedit[v]. Erant autem qui eum adiuvarent Heinricus preses cum fratre Sigifrido[w], viri 25

a) *sic A. C. Saxo;* wigmannus *B* 1; Vuicmannus *B* 2; Guicmannus *Sigeb.* b) igitur *B* 2. c) bawariam *A. B* 1. *Saxo;* Baioariam *B* 2. d) rogatusque *B* 1; rogauitque *Saxo.* e) aliis pluribus *Saxo, at A. B* 1. 2. *C recte* alia plura; *cf. supra p.* 64, *l.* 15: qui licet a patre alia plura sit ditatus, *ibique n.* n. f) bono *B* 1. g) post hęc petit ut eum uenandi *B* 1; ut *add. etiam Saxo.* h) inire *B* 1; intrare *B* 2. i) ibi- 30 que *B* 2. k) ibi *add. B* 2. l) *sic C;* ekberto *A. B* 1. *Saxo;* Ecberto *B* 2; ekberht. *Thietmar.* m) *sic C;* transabiamque *A;* transalbiamque *B* 1; trans Albimque *B* 2; et trans albiam *Saxo;* trans albiam fugiens *Sigeb.* n) se *om. B* 1; sens. se *Saxo.* o) qui (q) *C.* p) *sic h. l. B* 1. *C (cf. supra p.* 87, *l.* 18*). Saxo;* suithelei scrannae *A;* Suuithleiscranne *B* 2. q) cum urbe *om. B* 1; cap. cum urbe *B* 2. r) ni *B* 2. 35 s) excitarentur *B* 2. t) ad *om. B* 1. *Saxo.* — XL *B* 2. u) cesorum *A.* v) discessit *B* 1. *Saxo.* w) *sic B* 1. 2. *semper;* sigefrido *Saxo;* sifrido *A. C.*

1) *Huius libri c.* 29. 2) *Loqui videtur de expeditione a.* 954. *Ungariis egressis suscepta (c.* 31*); cf. Westberg, 'Mém. de l'acad. de St. Pétersb., Cl. hist.-phil.', ser. VIII, tom. III, nr.* 4, *p.* 108 *sq., qui etiam quae* 40 *c.* 51. 52. *narrantur iam a.* 954. *facta esse contendit.* 3) *De quo nihil constat, nisi quod extra Saxoniae fines comitatum tenuit; Dümmler p.* 230, *n.* 3. 4) *Stoinef; cf. Westberg l. l. p.* 107 *sq.* 5) *Eam esse urbem Schwedt Hahn, 'Vollst. Einl. z. d. Teutsch. Staats-, Reichs- und Kayser-Historie' II, p.* 61, *n.* i, *et Wedekind, 'Noten' I, p.* 20 *sq.,* 45 *inepte putarunt. Alias proposuerunt sententias de Leutsch, 'Gero' p.* 97, *n.* 153; *de Ledebur, 'Märk. Forsch.' II, p.* 362 *sqq.; Westberg p.* 112. *Dümmler p.* 250, *n.* 5. *de urbis situ dubitat. Quoniam Naco et Stoinef principes Apodritorum erant, locum territorii Meklenburg esse conicere licet.*

eminentes et fortes, domi militiaque[a] optimi. Facta sunt autem haec initio[b] quadragesimalis[c] ieiunii. 955. *Mart.*

LII. Barbari vero post proximum pascha irruunt in regionem, ducem habentes Wichmannum[d] ad facinus tantum, non ad imperium. Nullam moram agens[e] sed et ipse dux Herimannus[f] cum presidio militari adest; vidensque exercitum hostium gravem sibique parvas admodum belli copias affore[g] civili bello urgente, arbitratus est consultius differre certamen in dubiis rebus constitutis[h], multitudinique imperare[i], quae maxima in unam urbem confluxerat, dum caeteris diffiderent[k], quoquo[l] pacto possent, pacem expostularent. Quod tamen consilium milites aegre valde tulerunt, et maxime Sigifridus[m], qui erat bellator acerrimus. Faciunt tamen cives Cocarescemiorum[n. 1], ut dux imperarat, pacemque eo pacto obtinent[o], quo liberi cum uxoribus et natis supra murum inermes ascenderent, conditione servili et omni suppellectili[p. 2] in medio urbis hostibus relicta. Cum intra urbem irruerent barbari, quidam illorum suum mancipium agnoscit in cuiusdam liberti uxore[q]; quam cum rapere de manu viri niteretur, ictum[r] pugni[s] accipit[t], irritumque pactum ex parte Saxonum proclamitat. Unde fit, ut omnes ad caedem verterentur nullumque relinquerent, sed omnes perfectae aetatis neci darent[3], matres[u] cum natis captivos[v] ducerent[4]. *Apr. 15.*

LIII. Quod scelus imperator ulcisci gestiens, victoria iam[w] de Ungariis patrata[x. 5], regiones barbarorum hostiliter intravit. Consultum de Saxonibus, qui cum

a) militiaeque *B 2, sicut saepius.* b) in inicio *B* 1. 2. *Saxo.* c) quadragesime uel ieiunii *C.* d) *sic A. C;* wigmannum *B* 1. 2. *Saxo.* e) agentes *B* 1. f) hermannus *A, ut semper.* g) adesse *B* 2; fore *Saxo.* h) constitutus *B* 1. i) imperarat *B* 1; inpetrare *Saxo.* k) differrent *C.* l) quo *C.* m) *sic B* 1, 2; sifridus *A. C.* n) *sic A. B* 2; *erasum est in C, sed cf. supra p.* 87, *l.* 19; conuocare. scemiorum *B* 1. o) optinerent *C.* p) supellectili *B* 2. q) uxorem *B* 1. r) ictu *C;* iectū *A.* s) *sic B* 2; pugne *A. B* 1. *C. Saxo.* t) accepit *sec. manu corr.* accipit *B* 1. u) matres — ducerent *om. C;* matresque *B* 2. v) *sic A. B* 2; captiuas *B* 1. *Saxo.* w) iam *in loco raso A.* x) parta *B* 2.

1) *Vox Slavica locum aut prope Albim aut in altera Albis ripa haud procul a Magdeburg situm fuisse indicat, ubi complures loci exstant, qui aliquam vocis similitudinem praeferunt.* PERTZ. — *'Es ist hier besonders deutlich, dass nur eine in einen Burgwall geflüchtete Gaubevölkerung darunter zu verstehen ist.' Wattenbach. Cf. Hauck III, p.* 91, *n.* 5. 2) *Cf. supra p.* 46, *l.* 13 *sqq.:* servilis autem conditio . . . cum uxoribus et filiis et omni suppellectili. 3) *Ibidem p.* 45, *l.* 26. *et n.* 7. 4) *Ibid. p.* 17, *l.* 8 *sq.:* omnes perfectae aetatis morti tradiderunt, inpuberes praedae servaverunt. 5) *Ibid. p.* 8, *l.* 3: victoriis a vobis magnifice patratis; *p.* 58, *l.* 24 *sq.:* victoria perpetrata.

955. Sclavis[a] conspiraverant[b], iudicatum[c] est Wichmannum[d] et Ecberhtum[e] pro hostibus publicis[1] habere[f] oportere, caeteris vero parcere[g], siquidem remeare voluissent ad suos. Aderat et legatio barbarorum tributa socios ex more velle[h] persolvere nuntians, caeterum dominationem regionis velle tenere; hoc pacto pacem velle, alioquin pro libertate armis certare[2]. Imperator ad haec respondit: pacem quidem eis nequaquam[i] negare, sed omnimodis dare non posse, nisi iniuriam perpetratam digno honore ac emendatione purgarent. Omniaque vastando et incendendo per illas regiones[k] duxit exercitum, donec tandem castris positis super Raxam[l, 3] fluvium ad transmeandum paludibus difficillimum ab hostibus circumfunditur. A tergo namque [via[m]] arborum robore obstruitur, eademque armatorum manu vallatur. Ex adverso fluvius[n] fluvioque contigua palus et cum ingenti exercitu Sclavus[o] bellatores et ab opere et ab itinere prohibens. Vexatur autem et aliis incommodis exercitus, morbo pariter ac[p] fame. Dum talia agerentur per plures dies, mittitur ad principem barbarorum, qui dicebatur Stoinef[q], Gero comes, quatinus imperatori se dedat: amicum[r] per id adepturum, non hostem experturum[4].

*LIIII. Erant quippe[s] in Gerone multae artes[t] bonae[5], bellandi peritia, in rebus civilibus bona consilia, satis eloquentiae, multum[u] scientiae, et qui prudentiam suam opere[v] ostenderet[w] quam ore; in adquirendo *p. 461.

a) *sic B* 2; flauis *A;* slauis *sec. manu corr.* sclauis *B* 1; slauis *C. Saxo.* b) conspirauerunt *B* 1; conspirant *A.* c) iudicatumque *B* 2. d) *sic A. C;* wigmannum *B* 1. 2. *Saxo.* e) *sic C;* ecbertum *A. B* 2; ekbertum *B* 1; *Saxo.* f) haberi *B* 1. *Saxo.* g) parci *Saxo.* h) persoluere (per *post superscr.*) uelle *B* 1; persolvere — regionis velle *(l. 6) om. Saxo.* i) non *B* 2. *Saxo.* k) *syllabae* ones *superscr. C.* l) taxam *Saxo.* m) *sic A; deest B* 1. 2. *C. Saxo.* n) fluuius *partim* (ui) *in loco raso, ut videtur, A.* o) flauus *A;* sclauos *B* 1. 2; slauus *corr.* slauos *C;* slaui . . . . prohibentes *Saxo.* p) *sic B* 2. *C;* et *A. B* 1. *Saxo.* q) stoinnef *Saxo;* Stoinefgero *una voce (!) B* 2. r) amicicias *B* 1. s) quippe *om. B* 1. t) bone artes *A.* u) multum scientiae *om. C.* v) magis *add. B* 2; magis opere *Saxo.* w) ostenderat *C.*

1) *Cf. Köpke p.* 143 *sq.* 2) *Cf. supra p.* 14, *n.* 3. 3) *Minime cum Ann. Saxone Taxa legi fluviumque Dosse intellegi posse — quod Wedekind I, p.* 26. *voluit — omnium codicum consensus ostendit. Videtur igitur esse Recknitz territorii Meklenburg fluvius, populos quibuscum bellum gerebatur pertransiens; aut Reke alveus superior fluvii Elde, a lacu Plaue orientem versus (Wigger); aut Ryck fluviolus prope Grimmen (Westberg l. l. p.* 113*). Locum quo proelium commissum nemo nisi noster tradit.* 4) *Eadem forma loquendi utitur supra p.* 31, *l.* 21 *sq.* 5) *Sallust. Iug. c.* 28: Nam in consule nostro multae bonaeque artes animi et corporis erant . . . satis providens, belli haud ignarus.

strenuitas[a], in dando largitas[1] et, quod optimum erat, 955.
ad cultum divinum bonum studium. Igitur preses *(Oct. 15)*.
super paludem et flumen, cui palus adiacens erat, barbarum[b] salutabat. Cui Sclavus[c] aequalia respondit[d].
Ad quem preses: 'Satis tibi esset, si bellum gereres contra unum nostrum de servis domini mei, et non etiam contra dominum meum regem. Quis tibi exercitus, quae arma, ut talia presumas? Si[e] aliqua vobis virtus adsit[f], si artes, si audatia[g], date nobis locum ad vos transeundi, sive nos vobis huc veniendi, et aequato loco fortitudo appareat pugnatoris'. Sclavus[c] barbarico more frendens et multa convicia evomens irrisit Geronem imperatoremque et omnem exercitum, sciens eum multis[h] molestiis aggravatum. Gero ad haec commotus, ut erat animi ardentissimi[2]: 'Crastinus', inquit, 'dies declarabit, tu et populus tuus fortes[i] viribus sitis an non. Cras enim nos vobiscum congredientes procul dubio[k] videbitis'. Gero denique, olim licet multis gestis insigniis[l] clarus haberetur, iam tamen magnus ac celebris ubique predicabatur, eo[m] quod Sclavos[n] qui dicuntur Uchri[o] cum magna gloria cepisset[3]. Gero reversus in castra retulit quae audierat.
Imperator vero de nocte consurgens iubet sagittis et *(Oct. 16)*.
aliis[p] machinis ad pugnam provocare[q], et quasi vi flumen paludemque transcendere velle. Sclavi[r] autem hesterna comminatione nichil aliud arbitrati ad pugnam pariter conspiravere, iter totis viribus defendentes. At Gero cum amicis Rúanis[s·4] miliario ferme uno a castris descendens[t] hoste[u] ignorante tres pontes celeriter construxit et misso nuntio ad imperatorem totum exercitum revocavit[5]. Quo viso barbari et ipsi obviare legionibus contendunt. Pedites barbarorum dum longiorem viam currunt et certamen ineunt, fatigatione[v]

a) strennuitas *A. Saxo.* b) barbarorum *B* 1. c) slauus *C. Saxo.* d) respondebat *B* 1. e) Sin (?) *B* 1. f) assit *A. B* 2. g) fiducia *Saxo.* h) multis *om. C.* i) *sic B* 2. *C. Saxo;* fortis *A. B* 1. k) proculdubio *una voce A. B* 2. *C.* l) *sic A. C;* insignibus *B* 1. 2; insignis et clarus *Saxo.* m) eo — dicuntur *om. A.* n) slauos *C. Saxo.* o) *sic h. l. etiam A;* uehri *Saxo. Cf. supra p.* 104, *n.* p. p) alios *B* 1. q) hostem *add. B* 2. r) Slaui *C. Saxo.* s) *sic A;* ruanis *C;* ruianis *B* 1. *Saxo;* amicis suis *B* 2. t) discedens *B* 2. u) ignorante hoste *B* 1. v) fugatione *B* 1.

1) *Idem supra p.* 61, *l.* 14. *de Eberhardo Francorum duce, p.* 81, *l.* 14. *de Ottone rege.* 2) *Sallust. Cat. c.* 5: animus . . ardens in cupiditatibus. 3) *Cf. huius libri c.* 42. 4) *Ranos, Ruanos, Rugianos variata tantum pronuntiatione eosdem esse iam Meibom. p.* 73 *(699) annotavit.* 5) *Cf. supra p.* 8, *l.* 29: ad revocandum maiorem exercitum.

955. *(Oct. 16).* dissoluti militibus citius cedunt; nec mora, dum fugae presidium quaerunt, obtruncantur[1].

LV. Stoinef[a] autem colle eminenti cum equitibus eventum rei expectabat. Socios inire fugam cernens fugit et ipse, lucoque[b] quodam cum duobus satellitibus repertus a viro[c] militari, cuius vocabulum erat Hosed[d], certamine fatigatus armisque nudatus[2] capite caesus est. Satellitum alius vivus captus imperatorique cum capite et spoliis reguli ab eodem milite presentatus est. Ex hoc Hosed[d] clarus et insignis habitus. Merces tam famosi gesti[e] donativum imperiale cum reditu[f] viginti mansuum. Eo die[g] castra hostium invasa, et multi mortales interfecti vel capti, caedesque[h] in multam *(Oct. 17).* noctem protrahebatur. Postera luce[i] caput subreguli in campo positum, circaque illud septingenti[k] captivorum capite caesi, eiusque consiliarius oculis erutis lingua est[l] privatus in medioque cadaverum inutilis relictus. Wichmannus[m] vero et Ecberhtus[n] scelerum conscii in Galliam profecti, ad Hugonem ducem fuga elapsi sunt.

LVI. Crebris victoriis imperator gloriosus factus atque famosus multorum regum ac gentium timorem pariter et favorem promeruit. Unde plurimos legatos 956. *(in.)* suscipit[3], Romanorum scilicet et Graecorum Sarracenorumque[o], per eosque diversi generis munera[p], vasa aurea et argentea, aerea quoque et mira varietate operis distincta[q], vitrea vasa, eburnea etiam et omni genere modificata stramenta, balsamum et totius generis pigmenta, animalia Saxonibus antea invisa, leones et camelos, simias[r] et strutiones[s]; omniumque circumquaque Christianorum in illo res atque spes sitae[4].

LVII. Liudulfus[t] autem filius[u] imperatoris, cum fidem vult servare amicis, patria cessit Italiamque cum

a) *sic h. l. etiam Saxo;* Stoinefgero *B* 2 (gero *add. sine dubio Frecht*). *Cf. supra p.* 112, *n.* q. b) locoque *A.* c) rep. auro *B* 1. d) hoseb *Saxo.* e) facti *A.* — donat'm *B* 1. f) reditu *sec. manu corr.* redditu *B* 1. — XX *B* 1. g) Eodē *B* 1. h) caedes *B* 2. i) die *B* 2. k) septuaginta *B* 2. l) eius *B* 1. m) *sic A. C;* wigmannus *B* 1. 2. *Saxo. (Thietmar.).* n) ecbertus *A. B* 2; echberthus *C;* ekbertus *B* 1. *Saxo. (Thietmar.).* o) *sic A. B* 1. *Saxo;* Sarac. *B* 2 *h. l., C semper.* p) munera *om. C.* q) *sic A. Saxo;* distincti *B* 1. 2. *C.* — *Ex A. B* 1. *Saxone verborum distinctionem recepi.* r) similes *radendo corr.* symias *C.* s) struciones *A. Saxo;* struthiones *B* 2; structiones *C.* t) Ludolfus *A;* liudolfus *B* 1. *Saxo;* Luidulfus *B* 2. u) imp. fil. *C.*

1) *Diem pugnae* 16. *Octobr.* (in festivitate s. Galli) *indicant Ann. Sangall. mai. a.* 955, *SS. I, p.* 79. 2) *Ovid. Met. XII, v.* 434: armis nudare iacentem. 3) *Cf. Dümmler p.* 278; *Reg. Imp. II, nr.* 241 *a.* 4) *Sallust. Cat. c.* 21: sed neque res neque spes; *Iug. c.* 33: in fide . . . magnam spem illi sitam.

957. (Sept. 6). eis adiit; quo agente[a] annum[b] fere totum, diem[c] extremum obiit[1], toto[d] Francorum imperio relinquens suo vulnere vulnus durum. Funus autem eius a militibus debito honore curatum, et ab Italia Mogontiae[e] corpus translatum, in *basilica[f] Albani martyris sepultum est cum luctu et planctu multorum populorum[2]. Reliquit[g] post se filium patris vocabulo insignitum[3]. *p. 462.

LVIII. Litterae autem obitus eius allatae sunt imperatori, cum esset in militia[h], qua militavit contra Redarios[4]; quapropter[i] satis plurimum lacrimarum pro filii interitu fudit; de caetero, qui adhuc ordinavit[k] imperium suum, rectori omnium Deo[5] fideliter commisit.

LVIIII. Eodem tempore Wichmannus[l] sciens Saxoniam bellatoribus vacuam, a Gallia profectus Saxoniam occulte intravit, domum coniugemque revisit, inde se iterum alienigenis inmersit. Ecberhtus[m] vero interventu magni pontificis Brunonis in gratiam recipitur.

958. LX. Ductus exercitus contra Wichmannum[n] tertia vice[6] vix obtinuit, ut in fide Geronis filiique[7] sui susciperetur, ipsique apud imperatorem obtinerent, quo patria coniugisque patrimonio cum gratia imperiali frueretur. Iniussus[o] sacramentum terribile dedit se contra imperatorem imperatorisque regnum numquam aliquid inique consilio aut actu facturum[p]. Ita fide data in pace est[q] dimissus et bonis promissionibus ab imperatore erectus.

LXI. Peracta caede[8] barbarorum eo anno prodigiosae res apparuere[r], notae scilicet crucis in vestimentis plurimorum[9]. Quibus visis plurimi salubri timore

a) agens *Saxo.* b) fere annum *B* 1. c) die extremo *B* 1. d) toti *B* 2. e) maguntie *A;* moguntie *B* 1; Mogonciā (Mogonciam) *B* 2; magontiam *Thietmar.;* mogontiam *Saxo.* — *Inter* Mog. *et* corpus *verba* res apparuere *deleta sunt B* 1; *cf. l.* 27. f) sancti *alia manu sicut saepius superscr. C.* g) Reliquid *corr.* Reliquit *C.* h) italia *C.* i) qui *B* 2. k) ordinaret *Saxo.* l) wigmannus *A. B* 2. *Saxo;* sciens wigmannus *B* 1. m) Ecbertus *A. B* 2; Egberhtus *C;* Ekbertus *B* 1. *Saxo.* n) wigmannum *A. B* 1. 2. *Saxo.* o) *sic A. B* 1. 2; Iussus *C.* p) acturum *B* 1. q) dimissus est *B* 1. r) *sic A. B* 1. 2. *Saxo;* apparuerunt *C.*

1) *Ann. Corb. a.* 957, *SS. III, p.* 4: Liudulfus filius regis in Italia obiit. 2) *Cf. supra p.* 33, *n.* 6. 3) *Ottonem, natum a.* 954 *(Cont. Regin. h. a.), qui post Burchardum ducatum Alamanniae tenuit a.* 973—982. *Cf. supra p.* 38, *l.* 1: secundum patris nomine insignitum. 4) *Cont. Regin. a.* 957: rex iterum Sclavos invasit. 5) *Esther* 15, 5: omnium rectorem et salvatorem Deum. *Cf. supra p.* 70, *l.* 7 *sq.* 6) *Prima vice ab Hermanno a.* 955 *(huius libri c.* 51*), secunda a rege eodem anno (c.* 53*).* 7) *Sigifridi (*† *c.* 959*).* 8) *Vergil. Aen. IX, v.* 242: ingenti caede peracta. 9) *Cf. Ann. Corb. a.* 959: Hoc anno signum sanctae crucis in vestimentis hominum et in corporibus. *Et hoc portentum et morbum imperatoris, de quo c.* 62. *refert, iam a.* 958. *accidisse statuerunt Dümmler p.* 298, *n.* 4; *ab Ottenthal, Reg. Imp. II, nr.* 263 *a.*

958. perculsi adversa formidabant, idemque[a] vitia multa ex parte emendaverunt. Fuerunt et qui lepras vestium[b] interpretarentur, eo quod subsequens lepra multos mortales corrumperet[c]. Sapientiores autem signum crucis salutem victoriamque[d] prefigurasse[e] predicabant, quibus et nos fidelem assensum prebemus.

LXII. Eo tempore imperator et ipse aegrotare coepit, sed meritis sanctorum, quibus fidele iugiter obsequium prebet, maximeque patrocinio incliti martyris[f] Viti, cui aperuit os suum[1], de infirmitate convalescit et mundo ut sol lucidissimus post tenebras ad omnem decorem et delicias condonatur[2].

LXIII. Rebus igitur rite[g] compositis per omnem Franciam Saxoniamque[3] et vicinos[h] circumquaque gentes, 961. Romam statuens proficisci, Longobardiam[i] perrexit. [k]Ergo qualiter[4] regem Longobardorum Bernharium[l], duobus annis[5] obsessum, cum coniuge et filiis captum 963. in exilium[m] destinaverit, Romanos duobus preliis[6] vicerit 964. Romamque[n] expugnaverit, duces Beneventorum[o] subie- 967. cerit, Graecos in Calabria Apuliaque[p] superaverit[7], terra 968? Saxonia[q] venas argenti aperuerit[r, 8], imperiumque cum filio quam magnifice dilataverit, nostrae tenuitatis[s] non

a) iidemque *B 2*; ideoque *Saxo.* b) vestium *om. A.* — interpretaretur *C.* c) corrumperent *C.* d) uictoriam *B 1.* e) prefigurans se *B 1.* f) sancti *superscr. C.* g) recte *B 1.* h) *sic A. B 2. C;* uicinas *B 1. Frut.* i) in Long. *B 2.* k) *hic novus versus coeptus est in C.* l) *sic A. C;* bernhardum *B 1*; Berengarium *B 2. Frut. (Thietmar.).* m) captum exilio dest. *B 1.* n) Romam *B 2, commate praemisso.* o) *sic codd. et Frut.* p) Appuliaque *B 2*; et apulia *Frut.* q) in terra Saxonia *B 2*; terra saxonia *eadem manu corr.* terrę saxonię *C;* in terra saxonica *Sigeb.;* terra saxonica *Frut.* r) aperuit *B 1.* s) tenuitati *C.*

1) *Ies.* 53, 7. *et Act.* 8, 32: non aperuit os suum. *Similes multi sunt loci Vulgatae.* 2) *Usque ad hunc modo locum Widukindum quae narrat initio deduxisse Köpke p.* 32 *sq.* 69. *nullo iure suspicatus est. Cf. de Simson, 'N. Archiv' XV, p.* 569, *n.* 1. 3) *I. e. per totam Germaniam. Simson l. l. p.* 570; *Vigener, 'Bezeichnungen für Volk und Land der Deutschen' p.* 138. 4) *Cf. de Winterfeld, Hrotsvit p.* 227, *adn. ad Gesta Ottonis v.* 1489. 5) *Spatio semestri fere tantum; Dümmler p.* 345. 355, *n.* 4. 6) 964. *Ian.* 3. *et Iun.* 23; *Reg. Imp. II, nr.* 351 *b.* 355 *d.* 7) *Ann. Corb. l. l.:* Isto anno imperator et augustus reversus Otto de Benaventanis repugnantem Romanum orbem victor subegit. Sequenti ergo anno intra civitatem insidiis preventus, et bis victor extitit. Secunda expeditione Spolitanos et Camerinos, Tuscanos Calabriamque subegit. *Quae ad a.* 965. *vel* 967. *pertinere videbantur Georgio Waitz. Incerta sane rerum Italicarum fama Corbeiam venerat. Cf. Reg. Imp. II, nr.* 441 *b.* 468 *a.* 488 *b.* 489 *a sqq.* 491 *a.* 8) *De metallis inventis cf. Waitz, 'Heinr. I.' ed.* 3. *p.* 238 *sq. Sententiam a Widukindo in margine annotatam perperam in hunc textus locum pervenisse voluit P. J. Meier, 'Blätter f. Münzfreunde'* 1900. *nr.* 10.

est edicere[1], sed, ut initio[a] historiae predixi[2], in tantum fideli devotione elaborasse[b] sufficiat. Caeterum erga tuam claritatem serenitatemque, quam[c] patris fratrisque celsitudo patriae ad omnem honorem nobisque ad 5 solatium reliquit, magna devotio opus humile magnificet[d]. At finis civilis belli terminus sit libelli[e, 3].

LXIIII.[f] Enimvero donatus patriae Wichmannus[g] 963? aequanimiter se continuit, donec imperatoris adventum speravit. Cum autem[h] eius reversio differretur[4], ad 10 aquilonales[i] partes se contulit, quasi cum rege Danorum Haraldo[k, 5] bellum ab integro[6] machinaturus. At ille mandavit ei[l], si ducem necasset vel alium quemlibet principum[m], nosset sine dolo eum[n] sibi sociare velle[n], aliter rem fraudulenter agitasse[o] non dubitaret. Interea 15 ab emptore pretereunte latrocinia eius produntur, sociorumque aliqui[p] comprehensi et tamquam contra publicam rem agentes a duce dampnati strangulo vitam perdiderunt. Ipse autem cum fratre[7] vix evasit.

LXV. Dani[8] antiquitus erant Christiani, sed 20 nichilominus idolis[q] ritu gentili servientes. Contigit autem altercationem super cultura deorum fieri in *p. 463. quodam convivio *rege[r] presente, Danis affirmantibus Christum quidem esse deum, sed alios eo[s] fore maiores deos, quippe qui potiora mortalibus signa et prodigia 25 per se ostenderent. Contra haec clericus quidam, nunc vero religiosam vitam ducens, episcopus[9] nomine Poppa[t],

a) in initio *B* 2. — hyst. *A*. b) laborasse *B* 2. c) quam *om*. *B* 1. d) magnifice *B* 1. e) belli *prima manu corr.* libelli *B* 1. f) LXVIIII. *C*. g) wigmannus *A*. *B* 1. 2. *Thietmar. Saxo*. h) autem *om*. *B* 2. i) *sic et Saxo;* aquilonares *B* 2. *Cf. supra* 30 *p*. 84, *n*. v. k) halardo (lard *radendo corr. e* rald?) *h. l. A;* araldo *corr.* haraldo *B* 1; haroldo *Thietmar. Saxo*. l) ei *corr.* eis *C*. m) *interpunctionem om. h. l. A*. n) quum sibi sociare uellet *B* 2. o) egisse *B* 1; agitari *Saxo*. p) alii *B* 2. q) ydolis *A*. r) regio (presente *om*.) *B* 1. s) fore eo *signis superscriptis corr.* eo fore *A;* eo maiores esse deos *Saxo*. t) *sic B* 2. *C;* poppo *A*. *B* 1. *Saxo*. *(Thietmar. Sigeb.)*.

35 1) *Cf. supra p*. 42, *l*. 16 *sq*. 2) *Cf. praefationes, maxime libri primi; Ebert, 'Gesch. d. Lit. d. Mittelalters' III, p*. 433, *n*. 1. 3) *Opus hoc loco primo finitum esse censuit cum Contzen, 'Geschichtschr. d. Sächs. Kaiserz.' p*. 20, *tum de Simson, 'N. Archiv' XV, p*. 569 *sq. Cf. praefat.* 4) *Reg. Imp. II, nr*. 348 *b*. 5) *Cognomento Blaatand, Gormonis filio* 40 *(*936—986*)*. 6) *Cf. O. Grund, 'Forsch. z. D. Gesch.' XI, p*. 564, *n*. 3. 7) *De Ecberto (c*. 53*) dicere videtur. Cf. Dümmler p*. 384. 580. *Aliter Westberg, 'Mém. de l'acad. de St. Pétersb., Cl. hist.-phil.', ser. VIII, tom. III, nr*. 4, *p*. 119 *sqq*. 8) *Hoc caput ab auctore postea esse insertum statuerunt et Köpke p*. 24. *et Dümmler p*. 384, *n*. 2. 45 9) *De episcopatibus Daniae vide Lappenberg, 'Archiv' IX, p*. 382 *sqq*. 398. 411. *Popponem sedem Arhusiensem accepisse narrat Saxo Gram-*

unum verum deum patrem cum filio unigenito domino nostro Iesu Christo et spiritu sancto, simulacra[a] vero daemonia esse et non deos testatus[b] est. Haraldus[c] autem rex, utpote qui velox traditur fore[d] ad audiendum, tardus ad loquendum[1], interrogat, si hanc fidem 5 per semet[e] ipsum declarare velit. Ille incunctanter velle respondit. Rex vero custodire clericum usque in crastinum iubet. Mane[f] facto ingentis[g] ponderis ferrum igne[h] succendi iubet, clericumque ob fidem catholicam candens ferrum[i] portare iussit. Confessor Christi in- 10 dubitanter ferrum rapit tamdiuque[k] deportat, quo ipse[l] rex decernit. Manum incolumem cunctis ostendit, fidem catholicam omnibus probabilem reddit[m]. Ad haec rex conversus Christum deum solum colendum decrevit, idola[n] respuenda subiectis gentibus imperat, Dei sacer- 15 dotibus et ministris honorem debitum deinde prestitit. Sed et haec virtutibus merito patris tui adscribuntur, cuius industria[o] in illis regionibus ecclesiae sacerdotumque ordines in tantum fulsere.

963. LXVI. Gero igitur comes non inmemor iuramenti[2], 20 cum Wichmannum[p] accusari vidisset[q] reumque cognovisset, barbaris, a quibus eum assumpsit, restituit. Ab eis libenter susceptus longius degentes barbaros crebris preliis contrivit[3]. Misacam[r] regem[4], cuius potestatis erant Sclavi[s] qui dicuntur Licicaviki, duabus vicibus 25 superavit fratremque ipsius interfecit, predam magnam ab eo extorsit.

LXVII. Eo quoque tempore Gero preses Sclavos[t]

a) simulachra *A. B* 1. b) est testatus *B* 1. c) Haroldus *B* 1. *Saxo;* Alardus *A, cf. supra p* 117, *n.* k; Araldus *Sigeb.* d) fore *om. B* 1. *Saxo;* fuisse *B* 2. e) semed *prima* 30 *manu corr.* semet *C;* semetipsum *una voce B* 2. *C saepius.* f) autem *add. A.* g) ingens *C.* h) igne — candens ferrum *om. B* 2. i) ferrum *om. Saxo.* k) tam diuque *duabus vocibus B* 2; tamque diu *Saxo.* l) usque *B* 1. m) reddidit *A et Saxo.* n) ydola *A.* o) industri *B* 1. p) wigmannum *A. B* 1. 2. *Saxo;* Guigmann. *Sigeb.* q) uidit *B* 1. r) *sic A. B* 1. *Saxo;* Miscam *B* 2; misicam *C;* misacha *Sigeb.* s) flaui *A;* 35 slaui *C. Saxo.* t) flauos *A;* slauos *C.*

maticus, Gesta Danorum X, ed. Müller p. 499. *et SS. XXIX, p.* 64. *Eum antea capellanum papae, fortasse Benedicti VIII, qui Hamburgi in exilio vixit, fuisse alii tradunt; Giesebrecht I, p.* 840. *Adam Brem. II,* 33. *eandem rem de Poppone episcopo Slesvicensi, Gesta Trev. c.* 31, 40 *SS. VIII, p.* 173, *de archiepiscopo Treverensi referunt. Cf. Köpke p.* 173 *sq.*
1) *Iac.* 1, 19: Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum. 2) *Cf. huius libri c.* 60. 3) *Cf. supra p.* 30, *l.* 21: bellis frequentibus contrivit. 4) *Mieszko I. († 992) rex vel dux fuit Polonorum, de quo vide Zeissberg, 'Archiv f. österr. Gesch.' XXXVIII* 45 *(1867), p.* 25—120; *Westberg l. l. p.* 103 *sqq. Licicaviki iidem qui Lechi, i. e. Poloni; Westberg p.* 105.

qui dicuntur[a] Lusiki[1] potentissime vicit et ad[b] ultimam servitutem coegit, non sine sui[c] tamen gravi vulnere nepotisque[d] optimi viri casu[2], caeterorum[e] quoque quam plurimorum[f] nobilium virorum. 963.

LXVIII. Erant[g] duo subreguli Herimanno[h] duci, inimicitiae a patribus vicariae relicti[i, 3]; alter vocabatur Selibur, alter Mistav. Selibur preerat Waaris[k, 4], Mistav Abdritis[l]. Dum invicem quam[m] saepe accusantur, victus[n] tandem ratione Selibur[o] condempnatus est quindecim[p] talentis argenti a duce. Eam dampnationem graviter ferens arma sumere contra ducem cogitavit. Sed cum ei belli copiae non sufficerent, missa legatione postulat presidium ab[q] Wichmanno contra ducem. Ille nichil iocundius[5] ducens, quam aliquam molestiam inferre posset[r] patruo, cito cum sociis adest Sclavo[s]. Ut autem suscipitur in urbem[6] Wichmannus[t], statim urbs obsidione vallatur[u] ab inimico. Ductus quoque exercitus a duce urbem obsedit. Interim, casu nescio an prudenti consilio, Wichmannus[t] cum paucis urbem[v] est egressus, quasi ad extrahenda sibi de Danis auxilia. Pauci dies intererant, dum victus[w] bellatoribus et pabulum iumentis defecerat[x]. Fuerunt etiam qui dicerent Sclavum[y] speciem quidem belli gessisse, non verum bellum. Incredibile omnimodis fore hominem a puero bellis assuetum[7] bellicas res tam male preparatas habuisse; sed id consilii machinatum[z] ducem, ut quoquo pacto posset nepotem vinceret, ut saltem[a] in patria salutem recuperaret, quam inter paganos penitus perdidisset. Fame

a) ducuntur *C.* b) in *B* 1. c) suo *Saxo.* d) sui *add. B* 1. e) *sic A. B* 1. 2. *Saxo;* ceterûm *C.* f) plurimum *A;* quamplurium *B* 2. g) autem *add. B* 1. h) hermanno *A.* i) relictis *B* 1. k) waris *A;* waariis *Saxo.* l) *sic h. l. A. B* 1. *C;* Addritis *B* 2; apodritis *Saxo.* m) accusantur quamsepe *B* 2. n) uinctus *B* 1. o) alter mistau *add. B* 1. p) XV *B* 1. 2. *Saxo.* q) *sic A. B* 1. *C. Saxo;* à *B* 2. — wigmanno *A. B* 1. 2. *Saxo;* wicmanno *C.* r) posset *om. B* 2. *Saxo.* s) flauo *A;* slauo *C. Saxo.* t) wigmannus *A. B* 1. 2. *Saxo.* u) ballatur *corr.* vallatur *C.* v) urbe *h. l. iam Saxo, cf. infra p.* 120, *l.* 1. w) uictis *A.* x) defecerant *B* 2; defecerent *Saxo.* y) flauum *A;* slauum *C. Saxo.* z) ducem mach. *B* 1. a) salutem in patria recup. (saltem *om.*) *A.*

1) *Incolae Lusatiae inferioris. Cf. Dümmler p.* 384, *n.* 5. *Cont. Regin. a.* 963: Sclavi qui dicuntur Lusizani subduntur. 2) *Ad filium Sigifridum, cuius mentionem facit Thietmar. II,* 19 *(cf. supra p.* 115, *n.* 7*), haec nequaquam spectare patet. Heinemann, 'Gero' p.* 150, *n.* 254. 3) *Similiter supra p.* 43, *l.* 8: adversus quam iam olim reliquit ei pater militiam. 4) *Wagrii, ducatus Holsatiae orientalis incolae, Apodritorum vicini, esse videntur. De Mistav cf. Westberg l. l. p.* 113 *sqq.* 5) *Cf. supra p.* 39, *l.* 20: quia nichil ei . . . iocundius, nichil dulcius esse possit quam *etc.* 6) *De Oldenburg (Stargard) cogitavit Hauck III, p.* 108. 7) *Vergil. Aen. IX, v.* 201: bellis adsuetus Opheltes.

itaque urbani ac foetore pecorum aggravati urbe egredi sunt coacti. Dux Sclavum[a] austerius[b] alloquens de perfidia et nequam eius actibus arguit, hocque[c] ab eo responsi accepit: 'Quid me', inquit, 'de perfidia arguis? Ecce, quos nec tu nec dominus tuus imperator vincere potuistis, mea[d] perfidia inermes assistunt[e]'. Ad haec dux conticuit[f], eum suae ditionis regione privans, filio ipsius, quem[g] antea obsidem accepit, omni ipsius potestate tradita. Milites Wichmanni[h] variis poenis afflixit, urbis predam[i] suis militibus donavit, simulacro[k] Saturni[1] ex aere *fuso[2], quod ibi inter alia urbis spolia repperit, magnum spectaculum populo prebuit victorque in patriam remeavit.

*p. 464.

LXVIIII. Audiens autem Wichmannus[l] urbem captam sociosque afflictos[m] ad orientem versus[n] iterum se paganis inmersit, egitque[o] cum Sclavis[p] qui dicuntur Vuloini[q, 3], quomodo Misacam[r] amicum imperatoris bello lascesserent[s]; quod eum minime latuit. Qui misit ad Bolizlavum[t] regem Boemiorum[u] — gener[v] enim ipsius erat[4] — accepitque ab eo equitum duas acies. Cumque contra eum Wichmannus[w] duxisset exercitum, pedites primum ei[x] inmisit. Cumque ex iussu ducis paulatim coram[y] Wichmanno fugerent, a castris longius protrahitur[z], equitibus a tergo inmissis, signo fugientes

967. (Sept. 21).

a) flauum *A*; slauum *C. Saxo.* b) hasterius *B* 1. c) hoc quoque *B* 2. *C.* d) in ea *B* 2. e) existunt *C*; assist' *B* 1. f) et *add. supra linea B* 1. g) quem — omni ipsius *om. A.* h) wigmanni *A. B* 1. 2. *Saxo.* i) predam — urbis *om. Saxo.* k) *sic h. l. etiam A, cf. supra p.* 118, *n.* a; simulachro *B* 1. l) *sic h. l. etiam Falke p.* 456; wigmannus *A. B* 1. 2. *Saxo.* m) *sic B* 1. 2. *Saxo*; circumuentos *A*; oppressos *C. Falke l. l. Cf. praefat.* n) reuersus *C. Falke.* o) egitque — lascesserent *om. B* 1. p) flauis *A*; slauis *C. Saxo. Falke.* q) wlouu *A*; uulini *Saxo*; uulouuini *Falke.* r) Misicam *B* 2 *et alia manu corr. e* misacam *C.* s) *sic C*; lacesserent *A. B* 2. t) *sic et Saxo*; bolizlaum *A. Falke*; Boluzlauum *h. l. B* 2. u) *sic A. C. Saxo*; boemorum *B* 1. *Falke*; Bohemorum *B* 2. v) ex genere *Saxo.* — enim *om. C.* w) wigmannus *A. B* 1. 2. x) in eum misit *B* 1. y) coram eo fugerent wigmanno *corr.* coram wigmanno fugerent *B* 1. — wigmanno *etiam A. B* 2. *Saxo.* z) protrahit *B* 1. — equitibusque *Falke.*

1) *Saturnum glossae Bohemicae Sitiwrat appellant; cf. Palacky, 'Gesch. von Böhmen' I (*1864*), p.* 179, *n.* 2) *Cf. L. Giesebrecht, 'Wendische Geschichten' I, p.* 65; *Hauck III, p.* 85. 3) *Slavos Wilinos afferunt Adam Brem. II,* 18 = *Helmoldus I,* 2. *Recentiores ad lacum Bellinensem et urbem Fehrbellin eorum sedes inepte collocarunt; cum enim clades, quam hic accepisse dicuntur, infra p.* 122, *l.* 18. *Redariis attribuatur, partem horum eos fuisse recte censuit Dümmler p.* 433, *n.* 3. *Cf. Schafarik, 'Slaw. Alterthümer, übers. von Aehrenfeld' II, p.* 575; *Steenstrup, 'Venderne og de Danske för Valdemar den Stores tid' (Univ.-Progr. Kjöbenhavn* 1900*) p.* 34 *sqq.* 4) *Thietmar. IV,* 55: Hic *(M.)* a Boemia regione nobilem sibi uxorem senioris Bolizlavi duxerat sororem. . . . Dobrawa . . Sclavonice dicebatur. *Cf. Dümmler p.* 434, *n.* 1; *Westberg l. l. p.* 102 *sq.*

ad[a] reversionem hostium monet[b]. Cum ex adverso et post tergum premeretur[c], Wichmannus fugam inire temptavit. A sociis[1] igitur arguitur sceleris, quia ipse eos[d] ad pugnam instigaverit fidensque equo[2], cum necesse fuerit, fugam facile inierit. Coactus itaque equo cessit, pedestris[e] cum sociis certamen iniit, eoque die viriliter pugnans armis defenditur. Ieiunio autem et longiori via, qua[f] per totam noctem armatus incessit, mane cum paucis admodum aream cuiusdam iam[g] fessus intravit. Optimates autem[h] hostium cum eum repperissent, ex armis agnoscunt[i], quia vir eminens esset. Interrogatusque[k] ab eis, quisnam esset, Wichmannum[l] se fore[m] professus est. At illi arma deponere exhortati sunt. Fidem deinde spondent salvum eum domino suo presentari hocque apud ipsum obtinere, quatinus incolumem imperatori restituat[n]. Ille, licet in ultima necessitate sit constitutus, non[o] inmemor pristinae nobilitatis ac virtutis[3], dedignatus est talibus manum dare[4], petit tamen, ut Misaco[p] de eo adnuntient: illi velle arma deponere, illi manus[q] dare[4]. Dum ad Misacam[r] ipsi pergunt, vulgus innumerabile eum circumdat eumque[s] acriter inpugnat[t]. Ipse autem, quamvis fessus, multis ex eis fusis, tandem gladium sumit et potiori hostium cum his verbis[u] tradidit: 'Accipe', inquit, 'hunc gladium et defer domino tuo[v], quo pro signo victoriae illum teneat imperatorique amico transmittat[w], quo sciat aut hostem occisum irridere vel certe propinquum[5] deflere'. Et his dictis conversus ad orientem, ut potuit, patria[x] voce Dominum[y] exoravit animamque multis miseriis et incommodis repletam pietati creatoris omnium effudit[6].

967. (Sept. 22).

a) ad *post superscr.* *B* 1; *om. Falke.* b) mouet *B* 2. c) premeret *B* 1; premerentur *A.* — wigmannus *A. B* 1. 2. *Saxo.* d) ad pugn. eos *Falke.* e) pedestre *B* 1. f) quā (quam) *A; om. C.* g) iam *om. B* 2. h) autem *om. C.* i) cognoscunt *B* 1. *Saxo.* k) Interrogatusque — quisnam esset *om. A;* ab eis *om. B* 1. l) wigmannum *A. B* 1. 2. *Saxo.* m) *sic A. B* 1. *C;* esse *B* 2. *Saxo. Falke.* n) restituit *B* 1. o) non inmemor — virtutis *om. C.* p) *sic A. B* 1. *Saxo;* Misacae *B* 2; misaco *alia manu corr.* misiconi *C.* q) manum *Falke.* r) *sic h. l. A. B* 1. 2. *C.* s) eum *B* 2; atque *Saxo.* t) impugnant *B* 2. u) verbis *om. B* 1. v) suo *B* 2. w) illum tradat uel transmittat *B* 1; illum transmittat *Saxo.* x) patula *Saxo.* y) deum *A;* domnum *Falke.*

1) *Cf. Köpke p.* 100. 2) *Vergil. Aen. X, v.* 181: Astur equo fidens. 3) *Cf. supra p.* 79, *l.* 2 *sq. et n.* 1. 4) *Ibid. p.* 10, *l.* 19. *et n.* 2; *Waitz, 'VG.' ed.* 2. *V, p.* 77, *n.* 1. 5) *Cf. supra p.* 96, *n.* 6. 6) *Diem mortis indicat Necrol. Luneburgense, Wedekind, 'Noten' III, p.* 70: X. Kal. Oct. Wichmannus comes et multi alii occisi et Hoico occisus. *Anno* 967. *haec omnia facta esse inde coniciendum est, quod epistola imperatoris, quae statim sequitur, a.* 968. *data sit.*

Is finis Wichmanno[a], talisque omnibus fere, qui contra imperatorem arma sumpserunt [patrem[b] tuum].

LXX. Imperator[1] itaque acceptis armis Wichmanni[c] 968. de nece eius iam certus[d] factus scripsit epistolam ad duces et prefectos Saxoniae in hunc modum:

Oddo[e. 2] *divino nutu imperator augustus Herimanno et Thiadrico*[f] *ducibus*[g] *caeterisque publicae*[h] *rei nostrae prefectis omnia amabilia. Deo volente salus omniaque prospera plane succedunt. Caeterum nuntii Constantinopolitani regis dignitate satis insignes nos adeunt, pacem, ut intelleximus, admodum quaerentes. Quoquo modo tamen res agatur, bello Deo volente nullo modo nos temptare*[3] *audebunt. Apuliam*[i] *et Calabriam provincias, quas hactenus tenuere, nisi conveniamus, dabunt. Si vero voluntati nostrae paruerint, ut*[k] *presenti aestate*[l] *coniugem cum aequivoco nostro in Franciam dirigentes per Fraxanetum*[m. 4] *ad destruendos Sarracenos*[n] *Deo comite iter arripiemus, et sic ad vos, disponimus*[o]. *Preterea volumus, ut, si Redares, sicut audivimus, tantam stragem passi sunt*[5] *— scitis* **enim,* (*p. 465.) *quam saepe fidem fregerint*[p], *quas*[q] *iniurias attulerint —, nullam vobiscum*[r] *pacem habeant. Unde haec cum Herimanno*[s] *duce ventilantes totis viribus instate, ut in destructione eorum finem*[t] *operi inponatis*[6]. *Ipsi*[u], *si necesse* 967. Dec. 25. *fuerit, ad eos ibimus. Filius noster in nativitate Domini coronam a beato apostolico*[7] *in imperii dignitatem suscepit.* 968. Ian. 18. *Scripta*[v] *XV.*[w] *Kal. Febr. in Campania iuxta Capuam.*

a) wigmanno *A. B* 1. 2. *Saxo.* b) *uncis inclusa litteris maiusculis scripta habet unus cod. A, qui his verbis finitur. Cf. de Simson, 'N. Archiv' XV, p.* 570. c) wigmanni *B* 1. 2. *Saxo.* d) *sic B* 1. *C. Saxo;* certior *B* 2. e) Otto *B* 2. *Saxo.* f) *sic C;* thiederico *B* 1. 2; thiaderico *Saxo.* g) ducibus *om. C.* — ceteris *C.* h) rei publicę *B* 1. *Saxo.* i) Appuliam *B* 2. k) in *emendandum vel* ut *delendum (H.-E.), quod om. Saxo.* l) ęstatē *corr.* ęstate *B* 1. m) Fraxinetum *B* 2. *Saxo.* n) *sic h. l. et B* 2; saracenos *C.* o) disponemus *B* 2; transire disp. *correxit Saxo (tale enim verbum supplendum est H.-E.).* p) *littera* i *sec. manu inserta B* 1. q) quasi *C;* quot *Saxo.* r) nobiscum *B* 1. s) ęrimanno *C.* t) operi finem *B* 1. u) Ipse *sec.(?) manu corr.* Ipsi *B* 1. — si *om. B* 1. v) est *add. B* 1. w) *sic B* 2. *C. Saxo;* XII. *B* 1.

1) *Quod additamentum quare et quando a Widukindo sit subiunctum, in praefatione disserui.* 2) *Epistola quae sequitur = Stumpf nr.* 443 = *MG. DD. I, p.* 488 = *Reg. Imp. II, nr.* 467; *nescio, quare Wattenbach, 'SB. d. Berliner Akademie'* 1896. *p.* 340, *Widukindum ipsum epistola cum recitaretur adfuisse sentiat.* 3) *Cf. supra p.* 100, *l.* 11: bello eum temptare. 4) *Situm huius munitionis illustravit nuper Poupardin, 'Le royaume de Provence' p.* 252 *sqq.* 5) *Cf. supra p.* 25, *l.* 4. *p.* 39, *l.* 6: quantam stragem fecerint; *p.* 100, *l.* 16: tantam stragem dederunt. — *De bello c.* 69. *relato agi Dümmler p.* 433, *n.* 3. *statuit.* 6) *Vergil. Aen. IV, v.* 639: finemque inponere curis. 7) *Iohanne XIII. papa a.* 965—972.

His litteris lectis in conventu populi[1] in loco qui 968. dicitur Werla coram principibus et frequentia plebis, visum est pacem iam datam Redariis oportere stare, eo quod tunc bellum adversum[a] Danos urgeret[2], et 5 quia copiae minus sufficerent ad duo bella pariter conficienda.

LXXI. Graecorum itaque legatis imperator satis 969. credens partem[b] exercitus cum plerisque principalibus viris direxit ad condictum locum, quo eis secus[c] spon- 10 sionem legatorum[d] puella traderetur et cum honore filio adduceretur. Graeci vero ad artes paternas[e] conversi — nam erant ab exordio fere mundi plurimarum gentium domini, et quos virtute nequibant, artibus[f] superabant[3] — subito super[g] inprovisos et nichil ad- 15 versi suspicantes irruunt[4], castra diripiunt, plures occidunt, plures capiunt, quos et Constantinopolim imperatori suo[h] presentant. Qui vero effugere poterant, reversi ad imperatorem quae acta sunt nuntiant[i. 5].

LXXII. At ille super his commotus ad hoc *(Sept.?)* 20 dedecus diluendum cum gravi manu viros eminentes, domesticis et externis rebus iam saepe claros factos, Guntharium[6] et Sigifridum[k. 7] mittit in Calabriam[8]. Graeci autem preterita victoria elati et minus cauti ceciderunt in manus eorum; ex quibus innumera multi- 25 tudine caesa, quos supererant[l] capientes, obtruncatis naribus novam Romam remeare permiserunt. Tributum in Calabria et Apulia[m] a Graecis extorserunt, talique

a) *sic B* 1. 2. *C. Saxo.* b) *sic et Sigeb.;* par *(sine puncto et abbreviatione) B* 1. c) secus *om. C.* d) legatis *B* 1. e) primas *C.* f) arte *B* 2. g) super *om. C.* 30 h) suo *om. C.* i) *sic C;* nunciabant *B* 1. 2. k) *sic B* 1. 2. *Thietmar.;* sifridum *C.* l) superant *B* 1. m) Appulia *B* 2.

1) *Cf. supra p.* 62, *l.* 14: universalis populi conventio; *p.* 95, *l.* 13. *p.* 100, *l.* 30: universalis populi conventus; *p.* 104, *l.* 16: universalis conventus populi. *Eodem die Hildiwardus episcopus Halberstatensis* 35 *videtur esse constitutus; Hauck III, p.* 125, *n.* 4. 2) *Cf. Grund, 'Forschungen z. D. Gesch.' XI, p.* 565. 3) *Eadem ratione Widukindus saepius verba verbis comparat. De Simson, 'N. Archiv' XV, p.* 575. 4) *Cf. supra p.* 16, *l.* 28 *sq.:* Irruamus igitur super inprovisos et somno sepultos; *p.* 59, *l.* 3 *sq.:* super inprovisos ac recenti victoria 40 securos subito irruit. 5) *Aliter ac rectius Chron. Salernitanum c.* 171 *sqq., SS. III, p.* 554, *has res tradit. Incerta iterum rerum Italicarum fama Corbeiam venerat. Cf. Dümmler p.* 464 *sqq.; Reg. Imp. II, nr.* 501 *a.* 6) *Marchionem († 982), de quo vide Posse, 'Markgrafen von Meissen' p.* 8—10. *Cononem comitem Alamannorum Saxonum-* 45 *que memorat Chron. Salern. c.* 173. 7) *Fortasse comitem Merseburgensem, qui in diplomatibus a* 961—980. *occurrit.* 8) *Immo in Apuliam; prope Asculum civitatem pugnatum est.*

969. victoria illustres facti et spoliis hostium ditati[1] ad imperatorem reversi sunt.

LXXIII.[a] Populus autem Constantinopolitanus audiens[b] a suis male pugnatum[2], consurrexerunt adversus imperatorem suum et machinatione coniugis propriae cuiusdam militis insidiis occiderunt, locoque domini (Dec. 11). militem imperio[c] designantes[3]. Constitutus[d] autem rex continuo[4] captivos absolvit, puellam cum magno exercitu et claris muneribus ad imperatorem destinavit. Quam 972. ipse statim filio tradidit, celebratisque magnifice nuptiis omnem Italiam super hoc et Germaniam laetiores reddidit. Eo tempore, quo haec intra Italiam gerebantur, summus pontifex Wilhelmus[e, 5], vir sapiens et prudens, pius et cunctis affabilis[6], a patre sibi commendatum regebat Francorum imperium.

LXXIIII.[f] Cuius mater, licet peregrina[7], nobili tamen erat[g] genere procreata. Hic cum audisset aegro- 968. tare coepisse matrem imperatoris, mirae sanctitatis feminam, nomine Mahthildam[h], dumque eius expectat (Mart. 2). funus, proprio funere ipsius funus procedit[i]. De cuius laude[k] si aliquid dicere cupimus, deficimus, quia omne argumentum ingenioli nostri superat virtus tantae feminae. Quis enim digne possit explicare eius[l] vigilantiam erga cultum divinum? Omnis nox[8] omnibus modis et omni genere cellulam suam divinorum carminum melodia inplebat. Erat enim ei[m] cellula ecclesiae proxima, in qua modice requiescebat, de qua omnibus noctibus consurgens intrat ecclesiam, nichilominus cantoribus et cantricibus[n] intra cellulam et pro

a) LXXIIII. *C.* b) a suis audiens *B* 2. — *In B* 1 *folio exciso quae sequuntur usque ad verba* externis cuncta retro *(c. LXXV, p.* 126, *l.* 17*) desiderantur.* c) in imperio *B* 2. d) Constitus *C.* e) *sic h. l. B* 2. *C.* f) LXXV. *C.* g) genere erat *B* 2. h) Mathildam *B* 2. *C.* i) praecedit *B* 2. k) laude *om. C.* l) eius *om. C.* m) ei *om. C.* n) cantatricibus *B* 2.

1) *Eadem fere verba in Chron. Salern. c.* 173: auferentesque spolia multa ditati sunt valde. 2) *Cf. supra p.* 31, *l.* 16: Audiens autem rex male pugnatum a fratre. *Necem Nicephori illa clade exortam esse auctor perperam coniecit.* 3) *Nicephorus Phocas, imperator inde ab* 963, *uxoris Theophanu insidiis a Iohanne Tzimiske nocte ea quae diem* 11. *Dec.* 969. *praecedit occisus est; Iohannes imp. constitutus Theophanu, uxoris suae neptem, Romani II. filiam, transmisit. Cf. Uhlirz, 'Byzantinische Zeitschr.' IV, p.* 467 *sqq.* 4) *Anno demum* 972. 5) *Successerat Friderico a.* 954. 6) *Cf. supra p.* 61, *l.* 13 *sq. de Eberhardo duce:* affabilis mediocribus. 7) *Scil. Slavonica; Thietmar. II,* 35. *Natus est Wilhelmus a.* 928; *Cont. Regin. h. a.* 8) *Cf. Vita Mahthildis rec. c.* 10, *SS. IV, p.* 290.

foribus et in via triformiter constitutis, qui divinam 968.
clementiam laudarent atque benedicerent; ipsa intra
ecclesiam in vigiliis et orationibus perseverans missarum
sollempnia expectabat. Deinde infirmos ubicumque
5 audivit in vicino visitavit, necessaria prebuit; deinde
pauperibus manum porrexit; deinde hospites, qui semper
aderant, cum omni largitate suscepit; neminem sine
affatu blando dimisit, nullum fere[a] sine munusculis vel
p. 466. necessariis adiumentis vacuum reliquit. Saepe viatori-
10 bus, quos longius de cella prospexit, necessaria trans-
misit. Talia opera licet valde humiliter diebus ac
noctibus exerceret, tamen nichil de honore regio
minuebat; et sicut scriptum est[1], quamvis sederet tam-
quam regina[b] circumstante populo, semper et ubique
15 tamen erat moerentium consolatrix. Domesticos omnes
famulos et ancillas variis artibus, litteris quoque in-
stituit; nam et ipsa litteras novit, quas post mortem
regis lucide satis didicit[2]. Ergo si omnes virtutes eius
velim narrare, hora deficeret; facundia Homeri[c] vel
20 Maronis michi[d] si adesset, non sufficeret[3]. Igitur
plena dierum, plena omni honore, plena operibus bonis
et elemosinis[e], cunctis divitiis regalibus distributis servis
Dei et ancillis ac pauperibus, secundo[f] Idus Martias *Mart. 14.*
animam Christo reddidit[g]. Illo quoque tempore Bern-
25 hardus, ut ab omni populo predicabatur, suis temporibus
sacerdotio dignissimus, diem funxit[h] extremum[4]. Piam *(Febr. 3).*
famam super his nemo nos vituperet prodidisse, dum
veri[i] periculo non subcumbimus. Audivimus enim a
quodam solitario, in spiritu nescio an manifesta visione,
30 animam reginae et episcopi infinita[k] multitudine ange-
lorum cum gloria ineffabili caelos deferre[l] vidisse.

LXXV.[m] Igitur imperator audita morte matris et
filii caeterorumque principalium virorum — nam et
Gero, vir magnus et potens, iam antea defunctus

35 a) sine munusculis ferè *B* 2. b) regio *B* 2. c) omeri *C.* d) nichil *C.* e) elee-
mosynis *B* 2. f) II. id *C. (Thietmar.).* g) redidit *C.* h) *sic C!* finiuit *B* 2.
i) uero *B* 2. k) *sic C. Saxo;* infinitam multitudinem *B* 2. l) *sic B 2. C;* in celos
deferri *Saxo.* m) *numerus desideratur nullo spatio vacante C.*

1) *Iob* 29, 25: cumque sederem quasi rex, circumstante exercitu, eram
40 tamen moerentium consolator. 2) *Vita Mahth. ant. c.* 1 *(rec. c. 3) eam litteras in coenobio Hervordensi didicisse minus recte innuere videtur.* 3) *Cf. de hoc loco Manitius, Philologus L, p.* 370. 4) *Bernhardus episcopus Halberstatensis obiit die* 3. *(Necrol. Halberstat. et Brem. et Thietmar. II,* 18*) vel* 4. *Febr.* 968.

972. est[a. 1] —, iudicavit ab expeditione Fraxaneti[b] abstinere et dispositis in Italia rebus patriam remeare. Pulsavit quoque fama eum, quasi plerique Saxonum rebellare voluissent; quod quia inutile erat, nec relatione[c] dignum arbitramur[2]. Egressus est[d] itaque de Italia cum magna gloria, capto rege Longobardorum, superatis Graecis victisque Sarracenis[e. 3], cum victricibus alis Galliam ingressus est, inde Germaniam transiturus et proximum pascha loco celebri Quidilingaburg[f] celebraturus; ubi diversarum gentium multitudo conveniens[4], restitutum patriae cum filio cum magno gaudio celebrabant[g]. Manens autem ibi decem et septem non[h] amplius diebus[5], descendit inde[i], ascensionem Domini apud Mesburg[k] celebraturus. Tristis autem illa loca perambulat[l] obitu optimi[m] viri ducis Herimanni[6], qui prudentiae ac iustitiae miraeque vigilantiae in rebus civilibus et externis cunctis retro[7] mortalibus[n] aeternam reliquit memoriam. Post susceptos ab Africa[o] legatos eum[p] regio honore et munere visitantes secum fecit manere[8]. Tertia autem feria ante pentecosten[q] locum devenit qui dicitur Miminlevu[r. 9]. Proxima nocte iuxta morem diluculo de lecto consurgens nocturnis et matutinis laudibus intererat. Post haec paululum requievit; missarum deinde[s] officiis celebratis pauperibus iuxta morem manus porrexit, paululum gustavit, iterumque in lecto requievit. Cum autem hora esset, processit, laetus et hilaris ad mensam resedit. Peracto ministerio vespertinis laudibus interfuit; peracto cantico evangelii[t] aestuari

973. Mart. 23. — *Maii 1.* — *Maii 6.* — *(Maii 7).*

a) erat *B* 2. b) Fraxineti *B* 2; fraxinetis *Saxo.* c) ratione *C.* d) itaque est *B* 2. e) saracenis *C.* f) Quidilingeburg *B* 2; quibilingaburg *C;* quidilingeburg *Thietmar.;* quitilingaburg *Frut.;* quidelingeburch *Saxo.* g) celebrant *B* 2. h) *sic C et Saxo;* diebus, non amplius, *B* 2; non ampl. *om. Frut.* i) ad *add. B* 2. k) *sic C;* Merseburg *B* 2. *Thietmar.;* meresburg *Frut.;* mersburh *Saxo, sed supra p.* 71. *duabus vicibus* mesburh. l) perambulabat *B* 2. *Saxo.* m) *seq.* du *linea perducta delet. C.* n) *hic pergit B* 1; *cf. supra p.* 124, *n.* b. o) affrica *B* 1. *Saxo;* Aphrica *B* 2. *Cf. supra p.* 52, *n.* k. p) cum *B* 1; eum cum *Saxo.* q) pentecostes *C.* — loco *B* 2; uenit ad locum *Frut.;* in locum deuenit *Saxo.* r) Mimileuu *B* 2; mimilewa *Frut.;* miminleue *Saxo.* s) *seq.* sollempnia *delet. B* 1. t) *sic B* 2. *C. Frut.;* euuangelii *B* 1. *Saxo.*

1) *Die* 20. *Maii* 965. *Aliis causis imperatorem, ut ab expeditione Sarracenica abstineret et in patriam remigraret, motum esse statuit ab Ottenthal, Reg. Imp. II, nr.* 469 *a.* 2) *Cf. de hoc obscuro loco Dümmler p.* 498, *n.* 2. 3) *De hac re nihil certi constare recte monuit Giesebrecht I, p.* 844. *Item quo itinere Otto in Germaniam redierit, a Widukindo parum accurate descriptum est: Reg. Imp. II, nr.* 549 *a.* 4) *Cf. ibid. nr.* 562 *d.* 5) *Mart.* 19 — *Apr.* 4; *Reg. Imp. II, nr.* 562 *c* — 563 *a.* 6) *Obierat die* 27. *Martii.* 7) *Cf. P. de Winterfeld, Hrotsvit p.* 537 *b.* 8) *Qui legati a quo missi fuerint, non liquet.* 9) *Memleben ad Unstrut fl.*

atque fatigari iam coepit. Quod cum intellexissent 973.
principes circumstantes, sedili eum inposuerunt. Inclinantem[a] autem caput, quasi iam defecisset, refocillaverunt[b]; expetitoque[c] sacramento divini[d] corporis ac[e]
5 sanguinis et accepto, sine gemitu[f] cum magna tranquillitate ultimum spiritum cum divinis[g] officiis pietati[1] creatoris omnium tradidit. Transportatur inde in cubiculum; et cum esset iam sero, nuntiatur populo mors eius. Populus[h] autem pro eius laude et gratiarum
10 actione multa locutus memoravit eum paterna subiectos rexisse pietate, ab hostibus eos liberasse, superbos hostes Avares, Sarracenos[i], Danos[2], Sclavos[k] armis vicisse, Italiam subiugasse, delubra deorum[3] in vicinis gentibus destruxisse, templa ministrorumque ordines constituisse;
15 multaque alia bona invicem conferentes regali funeri insistebant.

LXXVI. Mane autem iam facto[4], licet iam olim *(Maii 8).* unctus esset in regem et a beato apostolico designatus in imperatorem, spei unicae totius ecclesiae, imperatoris
20 filio, ut in[l] initio certatim manus dabant, fidem pollicentes et operam suam contra omnes adversarios sacramentis militaribus confirmantes[5]. Igitur ab integro[6] ab omni populo electus in principem transtulit corpus patris in civitatem, quam ipse magnifice construxit,
25 vocabulo Magathaburg[m. 7]. Itaque defunctus est Nonis[n] Maii, quarta feria ante pentecosten, imperator Roma- *Maii 7.*

a) *sic B* 1. 2. *C. Frut. (qui post* refocil. *add.* eum*). Saxo;* Inclinante *C.* b) refocilauerunt *C. Frut. (Thietmar.).* c) iam *add. B* 1. d) divino *B* 1. e) *sic C;* et *B* 1. 2. *Saxo.* f) accepto sine gemitu, cum *distinguit C.* g) *sic h. l. recte B* 1.
30 h) Populo *C.* i) saracenos *C.* k) slauos *C.* l) *sic h. l. B* 1. *C. Saxo;* in *om. B* 2. m) *sic C;* magadaburg *B* 1; Magdaburg *B* 2; magadeburg *Frut.;* magdaburh *Saxo.* n) *sic B* 2. *C;* non̄. *B* 1. *(Frut.);* nonas *Saxo.* — mai *Frut. Saxo.*

1) *Similis oratio supra p.* 121, *l.* 30. *de fine Wichmanni:* animamque . . . pietati creatoris omnium effudit. 2) *Cf. Grund, 'Forschungen*
35 *z. D. Gesch.' XI, p.* 565 *sq.* 3) *Vergil. Georg. IV, v.* 540: delubra dearum. 4) *Cf. supra p.* 17, *l.* 16: Mane autem facto; *p.* 118, *l.* 8: Mane facto. 5) *Eadem fere verba supra p.* 55, *l.* 1 *sqq. de electione patris:* manus ei dantes ac fidem pollicentes operamque suam contra omnes inimicos spondentes, more suo fecerunt eum regem. *Cf. Uhlirz,*
40 *'Jahrb. Ottos II.' p.* 31, *n.* 2. 6) *Cf. supra p.* 117, *l.* 11: bellum ab integro machinaturus. 7) *De tempore huius translationis et exequiarum nuper egit argutissime Uhlirz, 'Hist. Vierteljahrschr.' II, p.* 364 *sqq.*

973. norum, rex gentium, divinarum humanarumque rerum multa ac gloriosa[a] saeculis[b] relinquens monimenta[c]·*.

EXPLICIT[d] LIBER III. RERUM GESTARUM SAXONICARUM.

937. *) *Frecht in B 2 pergit ita:* Huius anno primo, qui est a dominica incarnatione DCCCCXXXVII, Ungari Franciam et Alemaniam et Galliam usque oceanum, Burgundiamque devastantes, per Italiam redierunt. Monasteria sancti Galli et sancti Bonifacii cremantur[1]. Rudolphus rex Burgundiae et Arnoldus rex Noricorum obierunt. *Quae quamvis e Frutolfi Chronico universali, SS. VI, p. 189, ineptissime hic addita sint, tamen affero, et quia iam in codice Eberbacensi, quo Frecht usus est, fuisse videntur, et quia a Reineccio p. 38, Meibomio p. 36 (663), Bouquet VIII, p. 219, aliis repetita sunt.*

a) religiosa *B* 2. b) seclis *B* 1. c) *sic B* 1. *C. Saxo;* monumenta *B* 2. d) *sic B* 1. *C;* VITICHINDI MONACHI BENEDICTINI DE REBUS gestis Saxonum ac Ottonis, aliorumque Imperatorum, libri tertii et ultimi finis *B* 2.

1) *Cf. supra p.* 83, *n.* 4.

APPENDIX.

DE[a, 1] ORIGINE GENTIS SWEVORUM.

QUALITER[b] SWEVI TERRAM QUAM NUNC INCOLUNT PRIMUM OBTINUISSENT.

1. In plaga septentrionali quedam provintia adiacet mari, quam Swein[c, 2] aiunt nuncupari. Que dudum ydolatrie[d] fuit in tantum dedita[3], ut pre ceteris nationibus ob cultum ydolorum perpetraret scelera immaniora. Omni itaque anno in honore deorum suorum duodenos Christianos solebant trucidare atque hoc nefario ritu ipsos sibi placare. Huius facinoris enormitate Deus celi exasperatus in ultionem Christiani sanguinis conprovintiales illos flagellavit attenuitate[e] famis.

2. Eo tempore habuerant[f] regem quendam vocabulo Rûdolfum[g], virum eque[h] prudentissimum. Hic cunctos sue regionis optimates asciverat[i], ut consultu ipsorum gens sibi subdita evaderet famis incommodum. Atque illi absque liberis, sicut eis denuntiatum fuerat, ad regalem curiam profecti pari consensu statuerunt, quatinus[k] hii, qui plures filios haberent, omnes preter unum sibi karissimum[l] interimerent. Idque ea ratione decreverunt, ut, quanto[m] pauciores haberentur in provintia, tanto minus grassaret[n] in populo famis inopia.

3. Huic assentationi quidam Anshelmus intererat, qui liberos quinos habebat. Hic, postquam est discessum,

a) *hanc inscriptionem praebet B;* ANONYMI SCRIPTORIS DE SVEVORUM ORIGINE, Libellus *G; deest A.* b) *haec solus A.* c) *sic B, cf. MG. Poetae IV, p.* 164, *n.* 53; Sueuiam *G, forsitan e coniectura;* Sweuí *A.* d) *sic A. B;* idololatriae *G.* e) atenuitate *B.* f) *sic A;* habuerat *B;* habuerunt *G.* g) *sic A;* R. *B;* Rudolphum *G.* h) *sic A;* eq̄ *B, non* aequum, *sicut Dümmler, 'Zeitschrift für Deutsches Alterthum' XIX, p.* 131, *affirmavit;* aequi *G;* utique *emendandum propono. H.-E.* i) *sic A. B;* acciuerat *G, et ita infra p.* 132, *n.* e. k) *sic A. B;* quatenus hi *G.* l) *sic A. B;* carissimum *G.* m) *sic G et forte etiam B;* quanti *A.* n) *sic A. B. G.*

1) *Opusculi huius codices et priores investigatores in praefatione explicavi.* 2) *'Schweden'. Cf. Müllenhoff, 'Zeitschrift für Deutsches Alterthum' XVII, p.* 70. *XIX, p.* 132, *qui nonnullas fabulas similes collegit.* 3) *Actus ap.* 17, 16: idololatriae deditam civitatem.

et ipse mestus repedavit domum. Tum[a] unus ex filiis ipsius nomine Ditwinus, animadvertens patrem solito tristiorem, causam meroris sciscitatur, sed tamen a parente minus illi condicta[b] res ostentatur[c]. Tandem pater a filio coactus acquievit et ei, que in regali curia fuerant decreta, pandit. Cui Ditwinus: 'Et si', inquit, 'hec ita se habuerint, consequens erit et me perempturum[d], quoniam me kariorem[e] habes filium. Veruntamen et in hoc vehementius[f] admiror tot satrapas prudentes in tantum desipuisse, ut[g] non crederent aliter posse conprovintiales famem evadere nisi liberorum suorum nece. Revera, si vestris colloquiis interessem[h], longe saniora consilia deprompsissem'. Ad hec pater: 'Iam, fili karissime[i], oro, ut ad regis[k] curiam mecum festines in proxima sessione, et, quid[l] tibi videatur super hac re, cunctis maturato exponere'.

4. Cum igitur omnes provintie[m] principes in id ipsum convenissent, ut diram[n] sententiam prioris sessionis in liberos omnium promulgarent, Ditwinus quasi ore omnium locutus regi ceterisque ait optimatibus: 'Domini mei, licet[o] vestra providentia gubernari debeant omnia nostra, tamen non bene circumspecta in hoc[p] fuit vestra prudentia, ut ob famis inopiam statueretis aboleri stirpem vestram[q]'. Hec[r] rex audiens, dolore tactus, simulque[s] principes illius pro suis caris pigneribus[t], conpellat Ditwinum, quatinus depromat eis sanius consilium. At ille ait: 'Si regi cunctisque suis optimatibus placuerit, innoxius sanguis hominum pro hac necessitate non effundatur, sed potius[u] plures carine acquirantur, in quibus hii[v], qui debuerant interimi, trans marina deducantur'. Que sententia cum universis placuisset, diversa genera navigiorum sparsim congregantur, ut his qui fuerant proscripti mare transveherentur.

5. Interea exoritur tocius[w] provintie concursus pro filiis ac filiabus et lamentum ineffabile ex ipsorum[x] relegatione. Igitur preparatis classibus[y] instrumentis,

a) *sic A. G;* Tunc *B.* b) condita *G.* c) ōnstat⁴ *B.* d) *sic quamvis inepte A. B;* peremtum iri *e coniectura, ut videtur, G.* — quoniam (qm̄) *etiam A.* e) *sic A;* cariorem *G semper, B solummodo hoc loco, alibi* kar. — habens (hn̄s) *B.* f) vehementer *G.* g) *sic A. B;* non ut *ineptissime G, quem Müllenhoff secutus est.* h) interfuissem *G e coniectura procul dubio.* i) *sic A. B;* carissime *G.* k) reḡ *B.* l) *sic A. B* (q̇); quod *G.* m) *sic G;* prov. et princ. *A. B.* n) dictam *G.* o) *sic A. B* (lʒ); liceat *G.* p) fuit in hoc *G.* q) nostram *G.* r) ¸Hoc *G.* s) simt̄que *A. B;* simulque *G;* similiterque *Müllenhoff.* t) *sic A. B* (pignibus); pignoribus *G.* u) potius *om. G.* v) hi *G.* w) *sic A. B;* totius *G.* x) eorum *G.* y) *sic A. B;* classicis *G.*

omnes, qui erant occidendi, carinas illas ascenderunt, moxque vento arrepti vehementissimo eiecti sunt in portu Danorum[a] in loco Sleswic[b] nominato. Quo vi tempestatis appulsi cunctas scafas[c] minutatim consci-
5 derunt, ne denuo repatriaret quisque[d] eorum. Deinde provintiam illam perlustrantes tanta ex ea spolia diripuerunt, ut XX[e] milia de suis ascensores predatorum statuerent caballorum. Reliqua vero multitudo comitabatur equitantes gradiendo. Cumque regionem illam
10 Danorum manu valida peragrassent, ad Albam[f] fluvium conmigrarunt, eoque transito per finitima loca sese diffuderunt.

6. Ea tempestate grave duellum inter regem Francorum Theodericum et Irminfridum regem fuerat
15 Thuringiorum[g]. Causa vero[h] congressionis in hystoria[i] Saxonum[1] describitur talis. Clodoveus[k] rex IIII[l] filios habuerat, quibus IIII[l] regna diviserat[m]. Quorum unus[n], Theodericus videlicet, terram Austrasiorum, in qua Mettis[o] oppidum situm est, obtinuit atque ex Fran-
20 corum electione rex illic constitutus[p] imperavit. Quo regnante, misit legatos ad Irminfridum regem, qui in matrimonium duxerat sororem suam, quam eius pater Clodoveus[k] ex legitimo[q] conubio[r] progenuerat, pro pace, pro[s] concordia[2] regnique sui[t] stabilitate. Cuius[u] lega-
25 tionem Irminfridus benigne quidem suscepit et iure[v] pacem, concordiam quoque[w] cum eo habere asseruit, quia[x] sororem suam sibi[y] in matrimonium copulaverit; super regni vero stabilitate nil ei posse respondere nisi principum suorum assentatione[3]. Soror itaque regis

30 a) can. *corr.* dan. *B.* b) *sic A. B;* Sleswik *G.* c) scaphas *G.* d) *sic A. B* (quisqȝ); quisquam *G. Cf. infra p.* 133, *l.* 20: Qui abiens quosque regis optimates convenit. e) *sic A. B;* viginti *G.* f) *sic h. l. A. B. G, infra p.* 132, *l.* 16. *rectius* albia. g) *sic A. G;* thuringorum *B.* h) huius *add. B.* i) *sic A. B;* hist. *G.* k) clodoneus *B.* l) *sic A;* IIII^or^ *B;* quatuor *G.* m) diuisit *B.* n) quartus *G.*
35 o) meitis *A. B;* Metis *G.* — opidum *B.* p) *sic A. B. G, non* constitus, *quod Müllenhoff scripsit.* q) legittimo *B.* r) coniugio *G.* s) pace et conc. *G.* t) *sic A. B. G, non solus G, sicut Müllenhoff annotavit.* u) *sic etiam B* (Cı?), *non* eius, *quod Dümmler l. l.* v) iure *corr.* iurat *B.* w) *sic* (q̊ȝ) *A. B. G.* x) *sic* (q2) *A. B;* quod *G saepe pro* quia. y) in matrimonio sibi *G.*

40 1) *Id Frutolfi chronici universalis ad caput, quod 'De origine Saxonum' inscribitur, quo Widukindi cap. I,* 9. *coniunctum est cum cap.* 19. *Historiae Franc. Gregorii Turon., SS. VI, p.* 176 *sq., spectare verisimile est. Idem Frutolfi praemittitur libello nostro in codice B. Cf. Waitz, 'Archiv' XI, p.* 332; *Müllenhoff, 'Zeitschr. f. D. Alt.' XVII,*
45 *p.* 63; *Dümmler ibid. XIX, p.* 131 *sq.* 2) *Cf. supra p.* 9, *l.* 18: pro pace atque concordia. 3) *Ibid. p.* 10, *l.* 7—11: Ad haec Irminfridus, iuxta quod regalem decuit dignitatem, clementer legato

Theoderici, indignum ducens ipsum regem constitutum, affirmabat illum non iure sibi regnum vendicasse[a], sed potius ex paterna hereditate[b] se[c] debere attinere[d, 1]. Ascitoque[e] Iringo, Irminfridi[f] consiliario, egit cum eo, quatinus in auribus principum ac fratris veredariorum conferret Theodericum patris sui concubine filium fore[g] et ideo merito sibi servum[2], non debere regnum invadere, quod eam attingeret ex paterna successione. His[h] auditis legati non mediocriter verecundati ad dominum suum rediere[i] sibique[3] huiusmodi verba intulere. Qui furorem animi simulans statuit, quia Irminfridus se pro servo haberet, quantocius[k] ei ad obsequendum occurreret[4]. Et collecta multitudine Francorum, Thuringiorum[l] terras invasit et inmanius vastare cepit.

7. Interea, ut prefixum est, Swevi Albia[m] flumine transvadato fixerunt tentoria in illius terre confinio. Porro Theodericus rex ut audivit, quia[n] copiosus exercitus Swevorum adventasset illic[o], extimuit, ne Irminfridus eos in auxilium sui nancisceretur, prior illos anticipavit, eo quod eos sibi propius[p] castra metasse comperit. Missisque ex optimatibus suis spopondit[q] eis terram illam in proprietatem traditurum[5], quam[r] fluvius Salza per decursum suum cingeret defluendo in flumen[s]

a) *sic A. B;* vindicasse *G.* b) hereditatē *B.* c) *sic A. B;* sibi *G.* d) atinere *B;* obtinere *emendarem, vel* attingere *e l.* 8. *H.-E.* e) accitoque *G, ut supra p.* 129, *n.* i. f) irmifridi *h. l. A.* g) *hic distinguit G.* h) Hiis *B.* i) redire *B.* k) quamocius (q̊mocius) *A;* quam citius *B;* quantocyus *G.* l) *sic A. B. G.* m) *sic h. l. A. B. G; cf. supra p.* 131, *n.* f. n) *sic* (q₂) *A. B, cf. supra p.* 131, *n.* x; quod *G.* o) illico *G, commate praemisso.* p) propius sibi *G.* q) spospondit *G.* r) quantum *G.* s) *sic recte A (non* fluminem, *ut Müllenhoff). B. G.*

respondit placita sibi placere populi Francorum, ab eorum concordia non discordare, pace omnimodis indigere; super negotio vero regni responsionem suam in amicorum presentiam velle differre. 1) *Ibid. l.* 15 *sqq.:* quia sibi regnum cessisset iure hereditario, utpote quae filia regis erat et filia reginae. 2) *Eadem fere verba supra p.* 10, *l.* 17 *sq.:* Thiadricum vero suum servum tamquam ex concubina natum. 3) *I. e.* eique. 4) *Ibid. p.* 11, *l.* 8 *sqq.:* Thiadricus autem nimiam iram vultu celans sereno: 'Oportet nos', inquit, 'ad servitium Irminfridi festinare, quatinus, qui libertate privamur, inani saltem vita fruamur'. *De certamine in loco Runibergun commisso, quod Widukindus tum narravit, auctor noster nihil habet. Müllenhoff, 'Zeitschr. f. D. Alt.' XVII, p.* 66, *proponit Ruodolfi Fuld. c.* 1, *SS. II, p.* 674: Thuringorum . . terram . . crudeliter ferro vastavit et igni. *Sed anonymum Ruodolfi Translationem prae oculis habuisse haud crediderim.* 5) *Cf. quae Widukindus supra p.* 13, *l.* 11 *sqq. de Saxonibus — quorum locum hic Swevi obtinent — retulit:* si quidem vincerent Irminfridum urbemque caperent, terram eis in possessionem aeternam traderet.

Sala[1]. Qua pactione sancita[a] omnis equestralis[b] ala Swevorum festinarunt[c] Theodericum[d] in auxilio, relicto pedestrali exercitu in loco castrorum.

8. Quod[e, 2] ut Irminfridus rescivit, manum validam equestrium elegit et ad pugnandam contra Theodericum direxit. In qua congressione Irminfridus terga vertit atque amnem Unstrŏt[f] cum suis celerius[g] transivit et in ripa eiusdem fluminis hostibus acrius restitit. Quem Theodericus phalangis Francorum atque Swevorum insecutus et ipse alteram fluminis ripam econtra per dies tres occupavit nec quemquam illorum remeare[h] sinebat[3]. Ubi dum castra metasset cum[i] Francis in superiori fluminis parte, Swevi quoque[k] in inferioribus sua tentoria fixere[l]. Thuringi[m] vero se cernentes devictos pari deliberatione decreverunt, quia[n] exercitibus Theoderici minus repugnare possent, sese in ipsius deditionem conferrent. Unde Iringum compilatorem talis confederationis statuerunt, et[o] quia[n] incentor bellorum foret, et auctor pacis inter se et Theodericum fieret. Qui abiens quosque regis optimates convenit et eorum obtentu[4] cum Theoderico[p] pro patria sua fedus composuit. Cum igitur rex diu reluctaretur nec fedus inire mallet, tandem sororis[q] commonitus, ut vel cederet[r] pro amore illius[5]. Qua prece flexus Theodericus hac conditione cum Thuringis[s] iniit fedus, quatinus hoc, quod possederant hereditarie, id ab eo reciperent in beneficii iure.

9. Preterea[6] forte accidit, ut quidam ex Thuringiis[t] Wito vocabulo ripam fluminis accipitrem manu

a) *litterae* ita *in loco raso scriptae sunt in A.* b) sequestralis *B.* c) *sic (non* festinaverunt *Dümmler) etiam B.* d) *sic et A* (Theodericū, ū *in loco raso) et B;* Theoderico in auxilium *G.* e) q+ (= quem *Dümmler*) *B.* f) *sic A;* unstrůt *B;* Umstrort *G, qui* Unstrŏt *vocabulum deformasse videtur.* g) scelerius *B.* h) remanere *G.* i) *sic bene A. B. G;* tum Franci *Müllenhoff.* k) *sic, non* Swevique, *A. B. G.* l) fixerunt *G.* m) *sic B. G;* Turingi *h. l. A.* n) *sic* (qa) *A. B;* quod *G.* o) *sic A. B. G; nescio num emendandum* ut. p) theodorico *h. l. B, alibi* theoderic. q) recordatione est *fere supplendum videtur esse. H.-E.* r) crederet *B;* ut intercederet (vel *om.*) *G.* s) *sic B;* turingis *iterum A;* Thuringiis *G.* t) *sic h. l. A. B. G.*

1) *I. e. terram quae postea pagus Suevon ('Nordschwabengau') vocabatur.* 2) *Hoc quoque capitulo anonymus Widukindi I,* 9. 10, *quae apud Frutolfum legerit, quamvis minus accurate, videtur esse secutus.* 3) *De hoc loco parum perspicuo cf. Müllenhoff, 'Zeitschr. f. D. Alt.' XVII, p.* 67, *n.* 1. 4) *Cf. Widukindi p.* 15, *l.* 5: interpellatio principum auro corruptorum. 5) *Magis timore Saxonum quam amore sororis Theodericum ut pacem iniret, adductum esse Widukindus ibid. l.* 11 *sqq. voluit.* 6) *Cf. quae Widukindus supra p.* 15 *sqq. simillime narrat.*

gestans descenderet, alteram quoque[a] ripam Gozholdus[b] quidam de Swevis[c] e regione ascenderet. Et mittens Wito accipitrem ad irretiendam ardeam flumen transvolare[d], a Gozholdo[e] ambe aves sunt intercepte. Quem Wito inprecatus, ut, si suum volatile sibi restitueret, rem, quam ignoraret, ei insinuaret. Tum demum Gozoldus[f] fecit eum amnem transire et accipitrem cum ardea recipere. Qui caballo vadum quendam[g] pernatavit atque ardeam cum accipitre recepit, Gozholdo[h] quoque inquit: 'Id pro certo tibi notifico, quia[i] reges sunt placati et hoc, quod[k] quatinus[l. 1] hereditarie possedebamus, ex Iringi superflua ratiocinatione modo in prestationem recepimus'. Hec[m] audiens Gozoldus[n] ad commilitones suos rediit eisque causam pactionis examussim exposuit. At illi confederationes regum metuentes, ne vel[o] Theoderici sponsionum[p] fraudarentur vel regum conspiratione[q] ex provintia propellerentur, decreverunt noctu vadum per Gozholdum[r] monstratum transire ac Thuringiorum[s] castra ex inproviso irrumpere. Quo peracto tantam stragem de hostibus dederunt, ut vix quingenti cum Irminfrido evaderent, qui etiam commigravere[t] ad Hunorum[u] regem Attilam[2].

10. Porro Swevi Thuringiis[s] interemptis occupaverunt cuncta in arvis, in pratis, in nemoribus Unstrŏt[v] flumine[w] contigua[3], ac deinceps nemine resistente in-

a) *sic A. B. G.* b) *sic G semper;* (Go^s^holdus) *A;* Gerholdus *B, non* Berhold., *quod Dümmler.* c) suevis *B h. l., G semper.* d) et *add. A et B.* e) *sic G;* Gorholdo *B;* Gosholdo *A.* f) *sic h. l. plane A et B;* Gozholdus *G.* g) *sic A. B* (qūdam); quoddam *G.* h) *sic B. G;* Gosholdo *A.* i) *sic* (q2) *A. B;* quod *G.* k) ꝗ *G et sic etiam B, non* que *(Dümmler).* l) *sic A. B;* hactinus *G.* m) Hoc *G, sicut supra p.* 130, *n.* r. n) *sic A. B;* Gozholdus *G.* o) *sic* (ut) *A. B. G.* p) sponsione *G.* q) conspuatione *B.* r) *sic B. G;* Gosholdum *A.* s) *sic h. l. A. B. G.* t) commigrauerunt *G.* u) *sic A. B;* Hunnorum *G.* v) *sic A;* unst'o't *B;* Umstrort *G (cf. supra p. 133, n. f).* w) *sic A. B;* flumini *G.*

1) *I. e.* hactenus. 2) *Irminfridum cum exiguo comitatu evasisse etiam Widukindus I,* 11, *supra p.* 17, *l.* 13 *sqq. (= Frutolf. p.* 178*), Gregor. Tur. III,* 7, *SS. rerum Merov. I, p.* 115, *Ann. Quedlinburg., SS. III, p.* 32 *(cf. Müllenhoff, 'Zeitschr. f. D. Alt.' XVII, p.* 66, *n.* 1*), tradunt; sed eum reversum interfectum esse aliter alius narrat. Ad Attilam reliquias Thuringorum effugisse nisi noster nemo alter est auctor; ex quo intellegitur hunc audivisse fabulam quae viguerit popularem et quae eadem memoria nitatur ac carmina epica. In carmine Nibelungorum enim et aliis apud Attilam Irminfridum et Iringum exulare scriptum videmus. Cf. Wilh. Grimm, 'Die Deutsche Heldensage' ed.* 3. *(*1889*), p.* 130 *sq.; Uhland, 'Schriften zur Geschichte der Dichtung und Sage' I (*1865*), p.* 469; *Koegel, 'Geschichte der deutschen Litteratur' I,* 1, *p.* 128. 3) *Swevorum fines usque ad Unstrut fluvium nunquam pertinuisse con-*

coluerunt ea. Pedites vero Swevorum[a], qui in papilionibus remanserant, ut cognoverant[b], quia[c] commilitones dimicando obtinuissent[d] loca ad commanendum oportuniora, profecti sunt et ipsi, ut sicubi reperirent habitationes congruas[e] sibi. Et venientes ad Danubium transierunt illum. Deinde paludes eiusdem fluminis ingenti labore transeuntes in campo amenissimo ac latissimo, Swabowa ab eadem gente modo nuncupato[f, 1], sese diffuderunt, ut illic aliquamdiu pausantes liberius transcenderent Penninas Alpes. Decreverant[g] enim Longobardiam ire ac illam provintiam inhabitare. Erant autem ex uno latere campi Danubius, ex altero vero amplissimum nemus[h]. Eo tempore Wilheri[i, 2] Alpkerum filium Rǒsteini[k] de Wilzin[l] in ipsa regione creaverant ducem pro rege, quia[m] idem Wilheri[i, 2] cum longe ante trucidarentur, rex suus Waldericus cum omni stirpe[n] regia est deletus. Quam ob rem ex Burgundionum progenie Adilvolchum Walderici[3] regis filium regem sibi constituere. Siquidem Swevis, ut prefatum est, in campo constitutis, Alpkerus dux legationem Adilvolcho regi fecerat in Burgundiam[o], ut copia armatorum veniret ac peregrinas nationes, que in illa provintia emersissent, opprimeret[p]. His compertis Swevi consilio cuiusdam Luitholdi[q] matronas suas optimis vestibus amicierunt, auro quoque et argento ornatius decompserunt[r] ac in papilionibus cum infantibus reliquerunt. Porro viri ipsarum armis assumptis in silvam secesserunt et illic in insidiis latuerunt. Et factum est, cum hostes venirent et neminem in castris nisi mulieres cum infantulis reperirent, ingentem predam exercuerunt seque onus-

a) suenorum *h. l. B.* b) cognouerunt *G.* c) *sic h. l. etiam G.* d) *sic B. G;* optinuisset *A.* e) contiguas *G.* f) *sic A. G;* nuncupata *B.* g) *sic, non* decreverunt, *A. B. G.* h) gnemus *B.* i) *sic A. B;* Wilzhi *G.* k) Rorsteini *G, qui* Rǒsteini *deformaverit; cf. supra p.* 133, *n.* f. *p.* 134, *n.* v. l) *sic A. B. G.* m) *sic* (q2) *A. B;* quod *G.* — iidem *G.* n) stirpe *bis script. B.* o) *sic A. G;* burgundia *B.* p) *sic A. G;* opprimerent *B.* q) *sic G;* luttholdi *A;* Lutoldi *B.* r) decompser̄ *B.*

stat. Sed cf. quae Ruodolfus Fuld., SS. II, p. 675, *simili errore de Saxonibus dicit:* A meridie quidem Francos habentes et partem Thuringorum, quos praecedens hostilis turbo non tetigit, et alveo fluminis Unstrotae dirimuntur. 1) *Cf. Müllenhoff, 'Zeitschr. f. D. Alt.' XVII, p.* 70. 2) *Quem populum dixerit scriptor, non satis perspicitur; Müllenhoff l. l. p.* 69. *Significatos esse Winulos sive Winilos, i. e. Longobardos, opinatus est Wattenbach.* 3) *Hunc alterum esse atque antea memoratum Waldericum patet. Cf. Müllenhoff p.* 69 *sq. et Wattenbach.*

tantes cum feminis ac[a] parvulis[b] abierunt. Denique Swevi pedetemptim ex latibulis emergentes collectam multitudinem armatorum invaserunt spoliisque ereptis omnem illam militiam Burgundionum extinxerunt et terras ipsas circumquaque in suum dominium[c] con- 5
traxerunt.

a) *sic A. B. G;* et *perperam Müllenhoff.* b) puerilis *G.* c) dominum (dnm̄) *B.*

INDEX NOMINUM.

Maior numerus paginam, minor lineas quinas indicat.

B.

G.

H.

Hluthowicus, Luthowicus, Luthuwicus, Luthuvicus, Luthwicus, Ludewicus.

1) *Cf. P. de Winterfeld, 'N. Archiv' XXVIII, p.* 510. 511.

T.

U.

V.

W.

X.

Z.

INDEX RERUM ET VERBORUM.

SCRIPSIT E. STENGEL.

D.

E.

F.

L.

T.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

P. 1, *l.* 32, *n.* 1 *post* B 2 semper *adde:* excepto uno loco, ubi 'Heinricus'.

P. 4, *l.* 8. *et p.* 5, *l.* 30 Caeterum *(pro* Ceterum*)*, *p.* 42, *l.* 21. Caeteri, *p.* 48, *l.* 21. caeteros *scribendum est, ut infra semper et ut G. Waitz semper posuerat, quia codex C plerumque* cęter. *habet.*

P. 9, *l.* 33. *lege:* Bedae Hist.

P. 12, *l.* 25. 26. *ad* vehementer attenuatus *cf. Caesar. Bell. civ. III,* 89: tametsi erat . . . (legio) proeliis vehementer attenuata, *quem locum attulit M. Manitius.*

P. 31, *l.* 5. *lege* dicitur (*pro* dictiur).

P. 47, *l.* 30, *n.* c *lege: 'sic B* 2. *C;* liudolfum *B* 1; ludolfum *A'; etc.*

P. 64, *l.* 29. *lege* a V. Cl. Herschel (*pro* Kohl) reperta sunt.